


NAZIONALE
12
32 D
17
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE

TRACTATVS
DE ÆSTIMO,
ET COLLECTIS


Nicolao Festasio Mutinænse
AVCTORE.

Copiosissimoq; Indice Alfabetico, ac numeris Summariisq; additis exornatus, & auctus.











MVTINAE,
Apud Paulum Gadaldinum, & Fratres.
M. D. LXIX.





NICOLAVS FESTASIVS
AMPLISSIMO VIRO
Iulio Cæsari Castaldo Iu. V. D.
Salutem Dicit.








EMORIAE proditum est (IVLI CAESAR) Solonem in eos qui otium diligerét, & amplecterentur legem protulisse, ut cuipiam accusationẽ instituere, eisque iniuriari fas esset, quam de vaccatione à labore & industria, cuius contrarium est negotium, intelligendum censeo, non si pro liuore animi, & corporis exercitatione, & relaxatione, a grauioribus, & magis seriis negotiis accipiatur, ea nempe ad virtutem adipiscendam conferre testatur Aristippus ille cerenaicus, vnde otium literariũ pro literarũ studio doctissimi viri existimát. Quod hoc genus exercitationis oblectamentum potius videri debeat, quàm seria aliqua occupatio. Nil enim dulcius est teste Cicerone, id vere sine literis mors est, & hominis viui sepultura, Sene; apud Lucil. Epist. 82. Quod

ſi priſcis temporibus viri illi excellentes in omni diſciplinarum genere, quorum ſplendores ad noſtram vſque ætatẽ perueniſſe videmus, id ipſum abegiſſent, tot literarũ monumenta poſteris non reliquiſſent, quibus humana vita ſemper excoli iuuarique poſſet, Nec Nicolaus Matarellus, Simon Caſtrouitreus, Ioannes Sadolettus, Bartholameus Bellincinus, aliique huiuſce noſtræ ciuitatis proceres, eloquentia, prudentia, fide, ac religione exornati, tot ſplendidiſsimorum hominum conuentu, domum continuo plenam, frequẽtes habuiſſent, ii enim præſidium clientibus opem amicis, ſalutem periclitãtibus, manibus pedibusque (vt ita dixerim) affere nitebantur, his accedis tu IVLI CAESAR. Qui in hac ciuitate noſtra tanto elloquio, tantaque legum ſcientia, patrocinium exerces, vt nomẽ ipſum retinere ſolus dignus ſis, adeo vt ne dũ equalibus tuis, verum, & maioribus ætate præcelas, Itaq; cum pro viribus meis otium ſemper recte diſpenſare cogitauerim, & ob amorem veterem, amicitiam ac ſingularem ergate obſeruãtiam, plurimum tibi debeam, hunc libellum magnis vigiliis peregi, tibiq; longe maiori ſcientia, & ingenio dicandum decreui, tuoque recto iuditio, ac dictioni ſubiicere ſtatui, tu enim es in quo doctrina incomparabilis, rerum gerendarum admirabi-

lis experiĕtia, moresq; optimi cernũtur, quò fit (vt nō facile dixerim) nostris ne ciuibus an cunctis alis carior sis, Non tacebo qua prudẽtia, singulariq; humanitate, Aduocati officio in hac ciuitate nostra, alibique fungeris, quia omnes te veluti alterum Vulpianum, ac Paulum prædicent, tanta es integritate, equitate, patientia, ac fide in prestando clientibus tuis patrocinium, in reddendaq; aliis iustitia vt te celeste numen esse cogitent, in proferendisq; sententiis tanta consilii moderatio concipitur, Maturaq; deliberatio decoquitur, vt ab eis reclamare, aut appellare audeat nemo, Accipe igitur (vir amplissime) has meas lucubratiunculas qualescunq; sint, & te rogatũ esse vellim ac obsecratũ vt inspicias, & perlegas, castiges & corrigas, qui longe melius errores meos cognosces, qui.n. scaccorum ludum superinspiciunt, ludentium errores accutius vident, & siquid innordinatum, superfluũ, male tersum, & nō bene dictum comperies, ea oĩa mutare, & corrigere nō dedigneris, Ex eo nãque nostrã firmiorem amicitiã & tuam erga me beneuolentiã arguam, Non ambigo multos fore, qui hos nostros labores cannino ore mordebũt, at illorum detractione & odio nō detereor, legãt qui volunt & qui nollunt abiciant. Vale & me ama. Mutinæ Kal. Maii, M. D. LXVII.

PIO LECTORI.






VM *superioribus annis (candide Lector) maxime anno* 1550. *auditor Illust. Hermetis March. Pallauicini Buxeti essem quo sub Cæsaris ditione, ager Placētinus, Parmensisq; citra Tarum erat, onera incolis pro militum stipendijs in Pedamontanis partibus pro comexatu Burgi sancti Donini præsidio exercituiq; in hibernis collocato, ac cæteris quibus is indigebat, persoluēda quotidie indicebantur, adeo grauia erant & intoleranilia, ut etiā dittißimi ex prædiorum reditibus uix se suosq; alere possent, plerosq; uidi aliunde quæstum ne fame perirent quærere, ac memoria teneo quibusdam uillis contigisse ut qui tempestatis omnes fructus amitterent, illosq; incole onera subire, usque ad minimum quadrātem cogerentur, Dij boni quæ nam impietas? Miramur qui fieri poßit, ut de cœlo non cadat ignis, & tantam absorbeat iniquitatem, ueluti illos tot quinquagenarios quinquaginta uiros regis Ochoziæ Heliæ Prophetæ intuitu deuorauit, hic Iurgia, illuc crebri clamores creuere, contentionesq; tales concitarunt, quales nunquam posterum memoria audite sunt, litesq; de litibus in oneribus ex soluendis oriebantur, quarum nonnullas coram me actitatas absolui, plerasq; à uarijs iudicibus decisas uidi in quā pluribus casibus quid nā ius dictaret respondi, pro inde inutile, haud fore putaui,*

pro ingenioli mei modulo, hæc & alia quæ non sine labore uoluminibus perlustrandis in remotioribus locis promiscue tradita offenderim, in hoc breui compendio complecterer, ut facile sit perscrutari quid ueritatis studiosus Lector, elicere ualeat, scio non defunctos qui per has meas uigilias carpent publice & detrahendo (ut inquit Hyeronimus) quod in argulis libenter legunt, cum ipsos meq; non lateat, Petr. de Vbal. Oldr. de Mon. aliosq; antiquos et recentiores quosdam, tum in tractatuum tum in repetitionum formam in hac palestra desudasse. utrum sciant hi minus nostræ intentionis fuisse eorum aures offendere, doctis enim & bonis placere studui, inuidisq; ac malis graue est me displicuisse, considerent rogatos eos uelim nec sola illorum Iureconsultorum quæ sub hos tractatus repetitionesq; congeruntur responsa, omnem rem declarasse, necessario itaq; manum tabulæ admoui, hasq; meas lucubraciunculas hosq; meæ mentas fasciculos largiente domino collegi, illosq; obtuli ut saltem studioso optioni locus sit quod in uno libello defuerit ab alio absque liuore percipere, Quos qualescunque sint (si tibi libet) perlegus. orator facundiam non inuenies non elleganti sermone usus sum cui non incumbo, sed usui uerborum antiquorum iurisprudentum adhæsi, qui non fuccos uerborum professi sunt, dicant quicquid uelint recentiores, qui desertiores sermones potius quam ueriores secuti sunt, iuuat me cum tantis patribus errare (si uti communi lingua errare est) quam cum paucis benedicere non enim ad factum uerborumq; ostentationem incubui uerum pro comuni utilitate ellaboraui, plerasq; questiones de Aesti-

me & collectis undique dispersas in unum redegi quam pluraque loca iurisprudentum auctoritates ab alijs neglectas citaui, quo fit ut si quicquam à me idque humanitus erroris commissum sit à iusto faciliq; Lectore ueniam me promeriturum nō dubitem, cum id non temeritati sed potius ingenui mei infirmitati, ac imbecilitati tribuere nō dedignetur, non enim omnia possumus omnes & quandoque bonus dormitat homerus rectius tamen iuditium melius proferrat & pie corrigat uelim, satis uero fuerit opera mea alios ad indagandum ueritatis studium excitasse. Vale.



TRACTATVS DE AESTIMO,

Et collectis Nicolao Festasio Mutinænse Auctore.



OPERIS DIVISIO.

❧ Opusculum hoc in quinque partes diuidendum, duximus primam de Aestimo unde dicatur, quid sit, p quos pficiatur absoluemus.
In secunda discutiemus an collecta sit latina dictio quodq; munus sit à quo originem traxerit, quid sit, & quibus ex quibus causis indicetur.
In tertia de exactione illiusque probatione per quos & quo ordine exigatur explicemus.
In quarta de illius multiplici immunitate dicemus per quos & quibus personis cõcedatur
In quinta an illius immunitas reuocari ualeat, ex quibus de causis differemus.
In vna quaque par. quæstiones, ampliationes, & limitationes pro ut nobis congruere videbitur, inseremus. Rem ergo iniciamus.

1 AESTIMO ab æstimatione nasci putamus.
2 Aestimum Taaxtiones quæ de cuiusque sit patrimonio dicimus.
3 Aestimũ à Perusinis catastrũ nuncupatur.
4 Aestimum descriptionem appellant Iuriste.
5 Subnotationem dicimus si inuentarium conficimus.
6 Descriptione utitur Lucas citans illam iussu Cæsaris à Cireyno Siriæ prouinciæ totius orbis factam.
7 Tributum quo tempore ortum sit.
8 Collecta loco tributi quod ab aula recessit suffecta est.
9 Aestimatores qui bona taxant nuncupantur iussuq; principis æstimum perficiunt.
10 Perequatoras dicimus eos qui territoria inspiciunt illaque perequant.
11 Aestimum ciuitatis uniuersitatisq; iussu perficitur.
12 Aestimum defensore ciuitatis, uel uillæ sindico præsente conficitur.
13 In eo mobilia immobilia iura actiones, & se mouentia describuntur.
14 Et per nomina, loca quantitatem fines, ac qualitates.
15 In aliquibus locis prædia tantum taxantur, ac perscribuntur.
16 Mos regionis seruandus qui legis uicem obtinet.
17 Bona quæ quis poßidet non ea ad quæ habet actiones profitentur.
18 Qui bona non profitetur pœna proclamatis, uel statuti mulctandus est.

19 Fiscus si in quinquennium bona confiscata non uendicat excluditur.

20 Aestimum pro ut tempora uariantur rdformatur.

21 Ad illius reformationem peteñ. quilibet admittitur, & auditur etiam si maior pars populi contradiceret.

22 Si quispiam in loco originis bona possideat, & mutet domicilium in perequatione in quo loco ea bona perscribantur.

23 Vidua non liberatur ab oneribus loci originis.

24 Forensis commuui iure ad onera non cogitur pro bonis alibi possessis licet sit secus de consuetudine.

25 Aestimum uires non obtinere dicitur nisi apud acta intimetur.

26 Quispiam de iniusta perequatione conquiritur si infra annum illam improbat, & an ueterem, uel nouã probet æstimationem.

27 Prædia sterilia profitentur eaq; adnotantur illisq; renuntiare nequit quispiam, & fertilia retinere.

28 Fertilia neruos sterilium uocamus quæ conseruantur, ut hi imbeciles carnem conseruant.

29 Si sterilia à professore deserantur quid facieñ.

30 Si fluminis ui perscripta prædia pereant an de nouo mutetur æstimum.

31 Ratione cessante effectus cessat.

32 Ob paupertatem mutatur æstimum.

33 Paupertetem non dicimus illam quam in Valerio Messalla Nero considerauit.

34 Si stat. sancitum sit ius non subeunti onera non reddi si bona perscripta ui flaminis pereant an ei sit reddeñ.

35 *Ciuile iuditium in tribus consistit personis criminale uero si per inquisitionem agituur in duabus.*
36 *Scriba in quantitate bonorum, ut quia minorem ad notauit in codice quantitatem quam professa sit errauit: profitensque per annos. 30. soluit iusta descriptam quantitatem an pro prædicto tempore quo non soluit cogi ualeat.*
37 *Vnicuique licet de iniusta descript. conqueri.*
38 *Error personæ publice nō retractatur post annos 30. secus sit priuatæ.*
39 *Codex æstimi an dominum prossessionemque plene, uel præsumptiue probet.*
40 *Res tantū ualet quantū in æstimo perscripta reperitur.*
41 *Comunem rem sciens insolidum suam esse quispiam describi patitur an sibi præiudicet.*
42 *Vt codex æstimi dominium acpossessionem probet quæ sint necessaria.*
43 *Si appareat tertiam personam descriptam concessisse probat.*
44 *Et dicitur de illius consensu constare si officialis illius testatur.*
45 *Si in illius perfectione edatur proclama sub pœna probat plene.*
46 *Lex quem delinquere non præsumit.*
47 *A communiter accidentibus argumentum ualet.*
48 *Nemo quod suum est à iure præsumitur iactare.*
49 *Per codicem onerūq; solutionem diuisionem bonorum inter quosdam factam probare asserimus.*
50 *Auctoritate publica codicē perfectum, ab offitialibusq;*

electis in locoq; publico seruatum plene probare affirmamus. Et num. 66. 67.

51 An rei ualor per hunc codicem probetur.

52 Quid si pro eo tres sint testes. quinque in contrarium, quibus credatur.

53 An censualis liber ecclesiæ rem censualem probet tam contra soluentem quā contra tertium.

54 Quid si agitur res de antiquo.

55 Vehementē præsumptionē uerā dicimus probationem.

56 Deffectus bonorum an per codicem plene probetur.

57 Quispiam à iure lucrari in dies præsumitur.

58 In quo differat censura municipalis ædita, ut unusquisque omnia bona profiteatur, uel tantum immobilia bona.

59 Præsumptio iuris probat plene donec contrarius apparet.

60 Per quæ uerba cōcipiatur proclama in perfectione æstimi, ut immunes compræhendat ad profitendum bona. Et num. 61.

62 Aestimum patris uiui libram filij in potestate censeri dicimus.

63 Pater & filius iuris fictione pro uno reputantur & uere sunt duo. & num. 64.

65 Hæc ad emancipatum filium extendimus.

66 Codicen æstimi dominium possessionemq; probare asserimus auctoritate publica perfectum à publicis ministris in locoq; publico diligenter seruatū. & n. 67

DE AESTIMO.

1 ESTIMVM *hæc dictio in neutro genere apud Latinos grammaticos (ut puto) non reperitur ea tamen comuniter utuntur Doctores Iuris ab æstimatione, quæ à uerbo æstimo as. at. nasci putẽ nant ut inquit Valla libro 5. cap. 20. componitur ex æs æris, & græco nomine τιμή. hoc est precium ut sit idem quod æris præcio taxo licet hoc non benedictum existimem; cum sibi permittat quod in alijs reprehendit ut aliqua dictio ex græca & latina dictione componatur quam sententiã protulit Fæstus de uerbo obturo dicens esse compositum*
2 *ex præpositione ob & dictione θυρα de hoc est † ergo æstimum, æstimatio seu taxatio quæ fit de patrimonio alicuius ut intelligatur quantum sit illius æs ac patrimonium ad effectum onera indicendi ne unus pro alio inde-*
3 *bite grauetur. l. forma. ff de cens. † hæcq; taxatio bonorum describitur in libro qui æstimum uocatur alio nomine etiam nuncupatur à Perusinis catastrum teste Bald.*
4 *in rep. l. placet col. 3 nu. 16. C. de sacr. san. eccles. † dicitur et descriptio. l. i. C. de apo. pub. lib. x. cum glo. in uerbo descriptiones, & Alex. licet uere describamus ea quorum exemplum accipimus, sanctius fore, & recto uoca-*
5 *bulo. † subnotatio nuncupetur cum quasi inuentarium conficimus uel adscriptio quæ uere sit quot instrumen-*

eorum corpora uel rerum annotamus Alciat in l.cogno-
6 scere.ff.de uerb.signif. † apud iuristas descriptio ap-
pellatur quam pro æstimo accipimus, & Lucas cap.2.
hoc nomine utitur cum refferrat à Cireino Siriæ præsi-
de totius orbis descriptionem iussu Cæsaris factã & om-
nes ibant ut profiterentur in suam quisque ciuitatem,
7 quo tempore tributum ortum est.Bar.& Doct.in l.i.C.
de mulie.& in quo loc.lib.x. Ioan.de ami. in consilio 8.
8 nu.52.in consil.146.nu.5. † quod ex post ab aula re-
9 cessit loco cuius successit collecta, † per ellectos.n. æsti-
mum iussu principis conficitur qui æstimatores uoccan-
tur cum taxent et bona considerent cic.3.de fini.& quia
10 aptissimum habeo æstimatorem. † perequatores etiam
dici possunt ex quo territoria inspiciunt ac perequant l.
qui grauatos cum glo.C.de cens.& cens.lib.xi.hi exin-
de in libro bona subnotant.d.l.qui grauatos cum glo.ibi
11 post codicum oblationem &c. † Rursus codex iste iussu
communitatis uel uniuersitatis ec modo regulariter con-
ficitur cum a iure uel consuetudne aut statuto collectas
indicen. auctoritatem habeat pro sanando locorum ne-
cessitatibus quia in necessariũ antecedens hæc perequa-
tio subnectitur urget.n.subditos ut eorum bona profiteã-
tur, ut perspiciatur quantum sit æs & cuiusque patri-
monium.d.l.forma.de consi plura congeruntur, a Crau.
12 in consil.195.in.i. † Codex perficitur defensore ciuita-
tis seu uniuersitatis presente, uel uillæ sindico si eorum
bona perscribuntur.l.susceptores ubi Bart.C.de suscep.
13 & archa.lib.x. † in coq; bona omnia mobilia, immobi-
lia iura actiones, & sese mouentiá annotantur Bald.in l.

censualis C. de don. parum tetigit in l. etiam col. 5. uersi. modo uideñ. c. de execu. rei. iud. est tex. in l. pro Bitiniã. C. de Immu. nemi concen. lib. x. & fit huiusmodi descrip
14 tio iuxta formam d. l. forma, † citando, nomina loca quã titatem & fines, qualitates si prædia sunt, ac omnia alia quæ ibi recensentur, uerum in aliquibus locis predia dun
15 taxat perscribuntur, † in aliquibus mobilia & sese mouentia, ac domus, iuraq; & actiones comuni tamen iure omnia taxantur. d. l. forma d. l. per Bitiniam guid. pap.
16 decis. 87. si uilla, † seruandus esset denique mos regionis qui uim legis abtinet ut testatur Bart. in tract. de testi. in uersic. iconomica, hæc professio, quæ à subditis enun
17 tiatur propria bona, ab illisq; possessa † non ea ad quæ actiones habent aut ad restituendum cogeñ. sunt conti nere. debet Guid. pap. sing. 428. uersiculo si fiat collecta,
18 † si secus fit mulctandi sint inobedientes in pœnam statuti uel proclamatis iussu principis emanati: regulariterq; omnia hæc statuuntur, addijcitur pœna omnium
19 bonorum confiscationis principi applicañ. † quam si is illiusq; fiscus infra quinquennium non uendicat excluditur, teste Bar. in l. comissa. ff. de publica. Bald. in l. ij. C. de uestig. & commissi. in l. fi. in fi. C. si propter pub. pen sita: Et nihilominus annotantur quæ perscripta nõ sunt
20 & hæc in perfectione æstimi consideranda sunt † uerũ cum rerum prætia iux. temporum uarietatem mutentur l. omnis. C. de colla. fund. lib. x. C. de ano. & trib. l. indictiones. co. lib. uulgata. l. prætia rerum. ff. ad leg. falci. reformatur æstimum ut si aucta sint bona augeatur, si diminuta minuatur, ut æqualitus inter omnes seruetur ne quærelle

21 querelle locus cuipiam relinquatur, † ad unius tantum modo, instantiam, potest reformari cum de interesse publico tractetur, quilibet enim de populo admittitur ne pauperes à ditioribus opprimãtur, d.l.i.C.de apo publ. etiam quod maior pars populi contradiceret, suspitio enim doli, & fraudis in eam præsumenda est, itq; modus seruetur in reformatione, qui adhibetur in illius perfectione, Crau.in citato. consi. 195. nu.5.& per totum.

22 Quæren. est iuxta prædicta, † quispiam de loco ubi bona poßidet oriundus est alterius loci fit incola ibique domicilium constituit in perequatione, illius bona ubi annotari debent glo, Iac.de aren.in l.assumptio.§.filius .ff.ad municipa.ibiq; Bar.col.ij.uersic. ut igitur, æstimandum esse in loco originis propriæ uel paternæ testa

23 tur, ibiq; cogeñ.onera subire † & in uidua, quæ portat onera ibi uir habet domicilium, quo ad ea quæ illius seruitia continent, at quo ad alia originis propriæ non liberatur, dicitur firmasse. Bart. in l. fi.C. de munip. & & origi.lib.x.Castr.in consi.329.uisis col.3.uersi.non obst. in i.

Contrariũ uidetur Bar.asserere in l.i.col.4.uersi.53. si alibi.C.de mul. & in quo loc.lib.x. ubi sunt æstimanda bona in eo loco ĩ quo habitat quis, ibiq; onera ratione eius patrimonij subire. & hoc si unum, & idemmet dominium sit illius principis uniformemq; habeat in utroque loco iurisdictionem quare ubi magis libuerit illi perscribenda sunt bona Bald.in l.i.§.q.si nemo, ff.q. cuiusque uni.nomi.col.3. uersic. super quinto, ideo si in eius facultate est sibi locum elligere ubi taxentur bona sua.

liberatur à professione illorum in loco originis propriæ in hac opi. fuit Roma. in consl. 161. uisis quæstionibus. Reperio in hac disceptatione, Soci. in consl. 129. in i. qui ex mēte Doctor. uidetur, concludere quod si locus in colatus est a loco originis diuersus, sintq; separata territoria prima opi. uera est, si unus alteri subijciatur, secunda opi. procedat expresse Bar. in d. l. i. C. de mul. & inquo. loc.

24 *Considero primam opi. non esse tuttam in forense qui communi iure collectandus non est, pro bonis alibi sitis, at si consuetudinem spectamus cuius uigore subit onera in loco ubi reperiuntur uera est illa opi. de qua infra latius dicemus &c.*

25 *Aestimo perfecto nō habet uires, neue indici collecta pōt nisi p prius a locorū præsidibus apud acta intimetur destineturq; exactorib. collectarū d. l. i. C. de apo. pub. & ibi Bart. d. l. susceptores, hac ratione esse existimo*

26 † *quare uni cuique descripto licet, conqueri si plus debito se esse grauatum asserat in perequatione illa, si eam iniquam infra annum à die scientiæ improbet excepit minoribus reique publice causa abentibus. l. qui se grauatos. C. de cens. & censit. lib. xi. Bar. in d. l. forma. §. si ques ueniam. Bal. in consil. 387. ille qui in tertio ubi grauatus in mensura ac estimantione facta perperā, probata iniustitia intra annum reducenda est, nec suficit æstimationem ueterem probare cum rerum pretia uarietur at præsentis tēporis ualorem probata iniustitia non ita passim fit correctio, quare cognitio causæ est adhibēda cum illa in perfectionē æstimi adhibeatur diligenterq;*

considerent perequatores nec aliter mutatus codex haberet uires Bal.in.d.l.pl.col.3,uersic.nunc de mixto,is enim modus qui in perficiendo codice seruatur in illius correctione seruandus est.

27 Omnia diximus bona in codice annotari, an sterilia predia perscribantur de quibus fructus non percipiuntur tex.in.l.i.c,de omn.agr.deser.lib.xi.dicit describenda esse ibiq; firmat. Bart. ratione. illa quia fertilibus prædijs adijciuntur per partes dicimus, ut ea sterilium onera sustineant, & utrunque poßidens, si uendat fertilia,in seque sterilia retineat,emptor ad sterilium onera teneretur, effecto non soluendo uenditore l. ij. c.eo. tit. ratio citatur per Alex. in l. incola. ff. ad municip. hæc enim sterilia renuntiari nequeunt, retinendo ferti-

28 lia Bar.in l.qui uitilla.C. eo titu. nam fertilia, sterilium nerui nuncupantur quia sicuti in corpore humano imbecilis caro per neruos conseruatur, ita sterilia prædia, per fertilia ut inquit Bar.in d.l.ij.C.eo.tit.&c.

29 Quid si sterilia à posseßore deserantur quid tunc agen. Bar.l.qui agros.C.dom.agr.desert.lib.xi. dicit quod occupanti conceduntur siue sit uicinus siue non at si dominus intra biennium redeat restituuntur, refectis occupanti expensis,post uero non auditur, is tamen ut uiuat securius,eum qui prædia deseruit citari curet illosq; sua interesse putantes, ut intra sex menses compareant ad contradicendum &c. Quibus lapsis,nulloq; de se copiam faciente, ulterius a quoquam non ualebit molestari, & hæc si prædia æstimo annotata, erantque tributaria.

30 Queritur ulterius si perscripta prædia flumine pereāt uel ex siccentur uites non possessoris culpa, an æstimum corrigatur, sicut quando quispiam de illius iniustitia conqueritur de hoc est tex. in.d.l.forma uersic. illam enim equitatem ibique Bar. & Bal. in l. etiam col.pen. uersic. unde dicitur qui alia iura citat.C.de execut. rei.
31 Iud.ubi codex mutandus est cum cesset † ratio ideo cessare debet effectus l.adiger.§.quamuis.ff.de iure par.pro modo.n. patrimonij exactiones se habēt.l.i.C.de quibus mu.lic.se excus.lib.x.ibi à sūmis sarcina ad infimos etc. ideo re defficiente ne onus pro alijs grauetur excusan-
32 dus est, uidemus & .n.quod ob homines † paupertatos fit æstimi mutatio], ut iniquit Bal. in loco citato dum mō nō
33 sit † paupertas quæ in Valerio messala à Nerone cōsiderata fuit, cui in singulos annos quingenta sextertia quæ est summa duodecim millia aureorum et quingentorum, quibus paupertatem innoxiā sustentaret obtulit, eam si qui hodie hn̄t sumt ditißimi, uerba Alciat.in l. quos nos qui §.locuplex.ff.de uerbo.signi. ita re flumine perempta mutatur æstimum.
34 Ex his infertur, si muuicipali censura cauetur ius non reddi colectas non soluenti quæ de iure ualet Alex. in cōsilio 128.col.2.uersic.nec prædictis in quarto, si subito casu bona perscripta perierint uel ob paupertatem onera, quis non subeat, iudex hanc excusationem admittet Bald.in l.acceptam in ultima q.C.de usur. intelligas censuram de iure reddendo ciuiliter tantum.
35 Quia si quis iniuriam ab aliquo patiatur iudex contra iniuriantem per inquisitionem procedet, hoc.n. casu ius

reddi iniuriato non dicitur, cum iuditium in tribus personis constat & in inquisitione due dumtaxat citantur, hæc Alex. *in citato const. an, & quando ob paupertatem quis ab onere collectarum excusetur.*]. *in secunda parte dicemus &c.*

36 Altera.q. *ex prædictis decidi potest si per notarium a perequatoribus ellectum ad perscribendum codicem sit in quantitatem prædiorum erratum, ut quia is minorem quantitatem quam professa fuerit sit adscripta summa totius æstimi sed erroneæ per annos uero 30. is soluit iuxta illam quantitatem descriptam, deinde errore comperto, exactores pro communi id quod per tempus præteritum non fuit exactum secundum ueram quantitatem eorum exigere nitantur, an sint audiendi, uidetur quod sic,*

37 *quia si licet unicuique probata æstimi iniustitia mutationem illius reportare ut diximus cur non licet agentibus pro communi errore directo cogere debitores ad soluendum onera iuxta ueram prædiorum quantitatem etiam per retroacta tempora quibus non soluerant.* Rursus *cũ appareat de errore quandoque semper retractatur nisi res iudicata interueniat uel trãsactio l.1.C. de erro.calu.* Prædictis *reiectis altera opi. de iure uerior est hæc uiua*

38 *ratione quia cum iste.* † *error a publica persona comitatur non retractetur nisi usque ad 30. annos post uero non ut inquit* Accurs. *in l.*Calculi.*ff. de admi. rerum ad ciuit.perti. & notat in l.ij.ibique* Bar.*C.de iur.fis.lib.x. si ergo sunt anni. 30. lapsi exactores illi non audiuntur ad obiecta dicitur, primam rationem non obstare quia nulla erat decursa præscriptio quinimo si post biennium*

conqueritur non auditur ut diximus, ulterius ibi de æstimi mutatione agitur, hic de solutione collectæ, diuersa n. sunt hæc, unde illatio non recte infertur. l. Papinianus Exuli. ff. de mino.

Ad secundam ratione respondetur quod l. i. C. de erro. cale. loquitur in priuato, nos uero in errore facto a publica persona, qui ultra 30. annos non retractatur, hæc citantur per Ias. in consi. 2 10. in nu. 2. qui alia, & quam plura dicit quæ non referam, citatam opinionem semper dubiam putaui, quia malefidei possessor ullo unquam tẽpore præscribit. c. fi. de præscrip. & in regula male fidei possessor de reg. iu. in sexto, & latius dicemus in oct. quæstione quarta par. nu. 20. ergo cum debitor collectarum sit in mala fide uidetur quod non perscribat nisi dicamus malam fidem purgari spatio ann. 3 0. dicendum est, ut ibi.

39 Occurrit circa hanc rem quæstio difficilis in qua uariarunt Doct. an hic æstimi codex probet dominium possessionemq; illius cuius bona sunt in eo perscripta in tertij præiudit ium.

Negatiuã partem dixit Bart. in l. si pater. C. de actio. emp. illam summans ubi tributi solutio rei possessionem non probat ibiq; testatur Bal. orian. in c. quoniam cõtra falsam uersiculo testium depositiones nu. 1 65. de proba. asserit non probare codex illæ dominium nec possessionẽ & ita de facto in ciuitate Cremonæ fuisse obtentum affirmat, idemq; obtentum asserit fely. in c. causam col. 2. nu. 2. de probat. nisi ille de cuius agitur præiuditio consentiat Alex. in consi. 9. col. 2. in 4. in consi. 63. col. i. in

*9.in consi.81.in fi.eo.uol.in cõsi.36.col.i.in cõsi.185. col.ij.uersic.non obstat in 5. in consi.57.nu.:6.in 7.in l.præcia rerum col.ij.nu.7.ff. ad l.falci.*Deci. *in consil. 146.col.8.uersiculo secundo quia intentio in primo, in consi.428.nu.5.in 3. dicit adminiculum facere, & saltem præsumptiue probare & ante illum testatur* Bald. *in l.quidam in suo in fi. prin.ff.de cond.insti. citat text. in l.censualis.*C.*do don.in consi.37.quidam nerius in fi. in 5.*Cor. *in consi.165.in 3. asserit de iure non probare cum inter rem publicam profiteñ. res agatur, tertio qui non interuenit nullum dicitur præiuditium facere nisi statutum, loci aliter disponeret quia illius uerba diligẽter perscrutanda essent, de quo loquutus est* Alex.*in alijs terminis in consi.iij.col.ij.in 4.* Dicitq; *quòd per huiusmodi statutum si clare loquitur sublata est, quæstio an dominium & possessionem liber æstimi probet.*

Pro *affirmatiua citatur tex. in l.fi.*C.*de præd. naui.* 40 *lib. xi. ubi res tantum ualet, quantum in codice æstimi descripta reperitur etiam quo ad alium effectum, quam ad illum ab quem descripta fuit, ibiq; not.tex.* Bart.*in l. rura ubi* Alex.*c.de om.agr.deser.lib.xi.in l.x.ff.de uerborum oblig.in prin.quem omnes sectantur ut saltẽ probet præsumptiue* Bald. *in l. fi.* C. *de mag.conuen.nu.6. uersi.sexto in l.inditia.c.de rei uend.col.ij.uersi.ij.exẽplum* Castr. *in l. scriniarios nu.4.c.de testa.mili. in l. si pater.*C.*de actio.emp.*Alex.*in consi.ij.col.i.in 4. testatur* Franc.de Perus. *in consil.i.in 5. inter consilia* Bald. *eius genitoris quòd dominium probet si scienter à uero domino in codice æstimi res designata foret alias non,*

ideo infertur quòd si rem comunem, sciens insolidum esse suam quis describat, sibi praeiudicat Deci. *in consi.* 146. *col.* 6. *nu.* 13. *in consi.* 21. *nu.* 10. *in* 1. Ami. *in cōsi.* 120. *nu.* 34. *haec de plano procederent consensu apparente, de quo si non constat; & alius possessor illorum bonorū non appareat probat, saltem praesumptiue* Rom. *in cons.* 127. *posito & in consil.* 165. *liber annuit* Cor. *in consil.* 333. *nu.* 31. *in* 1. At. Deci. *in consi.* 595. *nu.* 4. *in* 3. *dicit*
42 *aliquibus concurentibus fidem facere, ut probetur dominium et possessio, maxime antiquitate codicis concurēte,* Soci. Vero *in consil.* 205. *in* 2. *articulum hunc tangit, lateq; disputat, ac distinguit quid in antiquis, quid ue in nouis factis, & non comperto alio bonorum possessore, & liber aestimi si à publicis personis sit custoditus, idē in consi.* 258. *col. ij uersi.* 5. *supputatum in* 2. *feli. in c. cām nu.* 8. *de prob. cassa in consi.* 16. *col. ij. si de consensu illius de cuius agitur praeiuditio appareat res non habet haesitationem ut dixi, &* Bald. *testatur in l. solemnibus c. de rei uend. in l. censualis. C. de donat.* Rom. *in cōsi.* 291. *cum isti fratres, citatur* Bar. *in d. l. rura,* Alex *in consi.* 9 *col. ij. uersic. non probat in quarto, cum duobus sequen. & in consi.* 92. *col. iij. uersic. ad confirmationem in* 2. *in in consi.* 68. *col. i. in* 1. *in consi.* 77. *nu. ij. in* 6. *satisq; constare dicitur si per officiales deputatos aestimo attestetur mutando illius partita de persona ad personam, ut exprimitur in citatis locis,* Alex. *in consil.* 147. *col. fi. uersic. plus autem in* 5. Deci. *in d. consi.* 146 *nu.* 13. *in* 1.

Placuit mihi semper opi. affirmatiua, etiam non constito de consensu illius de cuius damno tractatur, interue-

nientibus illis quæ citat, Soci. in d. consi. 205. col. fi. magis hanc opi. procedere affirmamus si ab initio confectio
45 nis æstimi emanatum foret proclama (ut semper fit) continens unumquamq; in termino præfixo omnia bona sua
46 profiteri sub pœna &c. nam cum à iure aliquem actum nolle facere per quem in pœna cadat præsumatur l. merito. ff. pro socio. Bar. in l. gerit uersi. circa 3. principaliter. ff. de acqui. hæred. resultat probatio dominij ex eo & possessionis, ut attestatur Alex. in d. l. x. nu. 17. & Soci. in consi. 89. col. v. uersic. 3. in i. à comuniter enim
47 accidentibus quod argumẽtum ualet l. neque natalis. C. de probatio. uidemus. n. prædiorum dominos ueros metu pœnæ ea profiteri, non qui ueri non sunt domini, illi collectas soluunt quas si possent euitarent, ingenue ergo fateamur quod bona perscripta in codice illius sint qui ea professus est, cum collectas soluat, & non alterius non profitentis oneraq; non soluentis, esset enim si hoc consi-
48 deramus iactare suum, quod à iure non conceditur l. cũ de indebito. ff. de probat. præsupposito semper quòd alius possessor eorum non appareat ac onera non subeat, soci. in d. consi. 89. uersi. optime, & in d. consil. 205. col. 3. uersi. 2. alio uero possessore existente, & onera sustinẽte procedat prima opi. negatiua d. l. si pater, d. l. censualis & alia ibi citato, ut declarat Soci. in d. consi. 205. col. ij.
49 uersi. primo ex teorica fortius comperimus, Ias. in consi. 128. nu. 3. in i. attestantem huiusmodi librum cum solutione onerum diuisionem bonorum in eo descriptorum probare illiusq; fore qui colectas soluit hanc opinionem non esse ueram dicitur Aret. in d. l. x. col. 3. uersi. quærit

etiam Bar. quando de magno agitur præiuditio magnūq; interualum à die æstimi & probationis dominij interuenerit, cuius contrarium firmauit ipse. in l. in illa. ff. de uerbo. oblig. & hæc opinio, ut diximus uerior est quam tot proceres firmarunt etiam si agatur de magno præiuditio illis interuenientibus quæ supra citauimus.

50 *Huic accedat in fortioribus terminis decisio.* Nicol. *de* Mutina, & Bal. *quorum auctoritas maxima est codicem æstimi inter eiusdem territorij personas auctoritate publica corfectum à publicisq; officialibus seruatum plene probare in l. exemplo. in princ.* C. *de probat. de hoc.* j. *latius dicetur nu. 66.*

51 Ex *ista conclusione tres soluuntur quæstiones prima rei ualorem ex æstimi codice probari,* Bart. *in l. fi.* C. *de præd. naui. lib. xi.* Bald. *in l. ij.* C. *de rescind. uend. col. fi. nu. 27. uersi. in contrarium, in l. fi.* C. *de magi. cōuenien. nu. 6. uersi. 6.* Alex. *in consi. 199. nu. 6. in 6. soci. in d. consi. 205. col. iij. uersi. 8. illis interuenientibus de quibus supra,* Alioquin *quo ad effectum commodum, uel incommodum priuatorum concernentem non probaret, ut res tāti ualeat post tempus æstimi perfecti, & sic de præsenti, ut declarat* Alex *in l. præcia rerum. col. ij. nu. 7. ff. ad leg. falcid.*

Considera hoc dictum si simpliciter intelligatur non esse uerum quia codex iste ualorem rei probat quando æstimatio in ipso est tempore contractus, uel parum ante aut post facta reperitur, ut testatur Bar. *in d. l. fi. et* Sali. *in d. l. ij. citatur* Cyn. *in auct. quāuis.* C. *de rei. uxo. actio. hanc declarationē traddit* Aret. *in consi. 65. in præsente*

col.ij.uersic.quia uidetur audio uero est, hæc consilio nisi
52 contrarium testes asserant etiam si minor eorum numerus pro codice induceretur, & contra eum maior esset, finge pro codice quatuor testes deponere, & contra codicem quinque, immo tres pro illo, & quinque contra eũ præualet probatio codicis, quando de facto multum remoto illi quinque deponunt hæc Aret. latius.
53 Secunda.q.est librum censualem ecclesiæ illius emphytheosim etiam probare canonis solutione per longum tẽpus facta interueniente traddit specul. in tit. de loc. §. nũc aliquo uersic. 53. & 57. etiam quo ad tertij damnũ Roma. in consi. 127. posito, saltem præsumptiue: At Deci. in d. consi. 596. nu. 4. in 3. testatur plene probare Alex. in consi. 187. nu. 2. in 7. Cass. in consil. 15. col. ij. uersic. constat, etiam & in consi. 18. col. 5. Areti. in consi. 101. nu. 27. & si diem, mensemq; non habeat. Rom. in consil.
54 165. Cass. in d. consil. 15. uerum sine scrupulo uera esset hæc concl. interuenientibus antiquitate alijsq; supra citatis, quia plene, etiam in damnum tertij fidem faceret, latius Crau. in consi. 158. in i. citat hãc quæstionem cuius
55 dicta non reffero, in casu autem quo probat. tantum præsumptiue, est adeo uehemens præsumptio quod uera probatio dici potest, Rom. in consil. 127. Cass. in consi. 16. col. ij. uersic. nec nocere potest Deci. in consi. 428. nu. 3. in 3. testatur liquidissimam probationem fore cum iuris sit præsumptio maxime fama, alioque concurrente adminiculo probatis.
56 Tertia. q. deciditur, quem esse, uel non esse soluendo per hunc codicem probari auctore Bart. in d. l. decẽ in prin.

hicq; modus est excussionis, ut ibi is testatur, & Bal. in l. quæcunq; col. pen. uersic. per inuentarium nu. 21. C. de ser. fug. huic opinioni contradicit Bald. sibi contrarius, Raph. Imol. & ang. in d. l. decē ratione, urgenti, quia non sequitur in codice tot bona sunt annotata, ergo plura nō habet debitor, cum mobilia non descripta habere posset, ac in dies lucrari potest iuris præsumptione l. si defunctus. c. arbi. tutell. cum simili &c.

In hac. q. Alex. in d. l. decem nu. 16. distinguit, aut eo tempore quo codex conficitur proclama æditum est, uel loci statutum disponit quempiam sub pœna profiteri omnia bona sua, & quia illum delinquere uelle à iure non præsumitur codex iste probabit opinioq; Bart. uera sit, & sequatium alias si proclama, uel statutum dictat unūquemq; immobilia tantum profiteri, opi. Raph. Imol. et aliorum procedet, opinionem Bar. firmat Soci. in d. consil. 89. col. 5. uersiculo optime, At Raph. & sequaces nō improbant Bar. quo ad hoc, ut codex probet statum, seu bona alicuius eo tempore saltem præsumptiue, ut declarat Soci. in d. consil. 205. col. ij. uersic. primo, hoc modo Bart. deffendit Ias. in d. l. decem nu. 36. non. n. plene sed præsumptiue illi adhibetur fides quæ onus probandi contrarium transfert in asserētem considera, quia si ad damnum tertij præsumptiue codex iste probat, ut supra attestantur tot patres, satis superq; sit probationem præsumptiue concludere. l. Lucius. §. omnes ibiq; Bart. ff. de his quæ in frau. cred. illaq; sit probatio liquidißima l. licet Imperator. ff. de leg. i. testatur Bar. in l. fi. ff. de pub. iud. ac deci. in d. consi. 428. nu. 3. Quid. tunc reffert quod co

dex plene uel præsumptiue probet si liquidißima resultat probatio, ex illa præsumptione.

59 Solutio dicitur liquidißima probatio donec probetur contrarium, ut attestantur Doct. supra citati alias si diceremur plene probare non differret à plena, & concludenti probatione à qua longe differt, ut ex citatis clare constat.

60 Alia circa prædicta occurrit, quæstio, Quid si tempore quo proclama æditum est quam plures reperti sint immunes, an eos compræhendat d. proclama, ut bona sua profiteri cogentur metu pœnæ, si proclama sit generale ædictumq; simpliciter eos non arctat, & à pœna excusantur si illi non parent, glo. fi. in l. ab. executione. c. quo. ap pell. non recipiun. not. Bald. in addit. ad. specul. in lit. de arb. in l. ij. C. de epis. aud. Necesse est ergo qualitatem immunitatis exprimere, ut si gratis est concessa aut præcio comparata, cum ultimo casu ab eo tolli nequit, Castr. in consil. 317. uiso, & examinato in i.

62 Altera etiam se offert. q. an. æstimum patris uiuentis censeatur libra filij in potestate existentis Accurs. singulariter in l. ij. C. qui æta. lib. x. asserit censeri, cui astipulatur Bal. in l. fi. C. de imp. pro uno capite pater, et filius in publicis muneribus reputantur. Bal. in l. sciendum col. 3. uersic. quinto. ff. qui. satis. cog. in l. i. §. i. C. commun. de manu. in. l. ij. circa fi. d. lib. corumq; lib. in priuatis se-
63 cus esset, ideo Ias. ibi ad multa infert in quibus pro uno reputantur not. Alex. in consil. 43. col. i. & fi. in i. ubi quid inseparabile iudicãtur in muneribus subeũdis Cast. in consil. 11 o. super primo quæsito nu. 3. in i. Cor. in con-

sil.268,nu.4.in tertio Deci,in consil.443,nu.4. in tertio,& hoc uerum esse attestantur Doctores ficte ratione
64 muneris publici, Vere autē alia est patris,alia filij persona nu,29.feli,in c,i.col.i,nu,3,de magi,
65 Hæc opi, in filio emancipato uerificatur, ut extendit accurs.in.d,l,ij. Bar.in l,i.§, domini l'ultimo ff. ad sileniā:in l.cum scimus col.i.C.de agri. & cens.lib,xi.ibiq; unum corpus consortum pars dicitur cæterorum Ias. in d.l.sciendum col.fi.nu.38.naturalis coniunctio publicaq; operare munera.l.fi, uersic,cum natura C, de impub. ut attestatur ibi Dec.cōtra Modernos asserentes cōtrariū,
66 Postremo quæritur, nunquid codex iste bona perscripta oneribus esse obnoxia probabit Nicol.de Mutina,et Bal.in l.exemplo,C,de probat.in prin. dicunt inter personas eiusdem territorij si authoritate publica confectus sit seruatusq; à publicis personis, fidem plenam facere. At secus si diuersi sint territorij, ibique Salj. firmat,& Alex.in aut.si quis in aliquo fallen,6.nu.8, C. de eden. sensu Rom.in consil.105,uiso themate in fi.not,Io. And. in add. specul, in tit. de instr. editi,§, nūc, dicendum in addit,magna uersiculo quintum supputatum,hæc & alia congeruntur à Soci. in consil. 187. col,6, uersiculo sed præmissa in secundo.

Considerandum est quod hæc quæstio reddit dubiam quæstionem an liber æstimi dñium,& possessionem præbet, ad damnum tertij, in quinta diximus quòd interuenientibus citatis per Soci. & alios in consilijs prædictis
67 eum plene,uel saltem præsumptiue probare at si auctoritas publica, custodiaq; officialium personæq; sint eius

dem territorij absque alijs requisitis inducunt præbationem plenam, ut bona sint oneribus obnoxia, cur si hæc interueniant, & non alia non probabit dominium ac possessionem non uideo, dicamus deniq; codicē publica auctoritate confectum, in locoq; publico & à publicis officialibus seruatum, quæ omnia semper interueniunt in damnū tertij plene probare dum modo sint personæ eiusdem territorij, ut concludit Nicol. & Bal. ac alij, & Soci. sibi cōtrarius in loco citato deuisa est ergo quæstio. de dominio & possessione quia cum hæc interueniant in libro æstimi regulariter is plene probabit, absque eo quod alia requisita interueniant, & ex his quæ de æstimo dicta sunt complecta remaneant, Ad secundā partem deueniamus.

❀ FINIS. ❀



SVMMARIVM.


1 Collecta dictio est latina.
2 Collecta odiosa est ideo contra eam fit interpraetatio.
3 An ius percipiendi collectam sit mobile, uel immobile.
4 Collectam munus mixtum uocamus quando per aes, & librum indicitur.
5 Mixtum dicitur quod à forma creatur, & materia.
6 Collectam reale munus iudicamus quādo per ea sunt bona obnoxia ui censurae municipalis.
7 Si quid certi in annis singulis indicitur, reale onus nuncupatur, & est idem quod indictio.
8 An collecta munus personale iudicatur, & quando.
9 Si contra forensem exactor personali agat actione pro solutione onerum succumbit.
10 Decaptorie mixtum munus dicitur.
11 Quid sit munus reale, personale, mixtum sordidum, tributum, census, decima, anuua praestatio annona militaris indictum, & super indictum.
12 Capitatio quae sit, quodq; onus sit.
13 Subiectis dumtaxat indicitur & rusticis
14 Capita sequitur.
15 Consuetudine induci potest ut illam non subeant rustici, sed ciues, & burgenses
16 Consuetudinem in indicendis oneribus ualde spectamus.
17 Capitationis onus an ciues artifices communi iure subeant.

An l.

36 *Onus collectæ ad possessorem spectat.*
37 *Possessor dicitur qui pro suo poßidet fructusque colligit.*
38 *Descriptus in æstimo ad onus collectæ cogitur quando illa per æs, & libram indicitur.*
39 *Si perscriptus bona alienet curet emptorem idoneum æstimare ut collectarum onera effugiat.*
40 *Fiscus cogit uenditorem & emptorem ad onera persoluenda quia utrunque tenet obligatum. & nu.41.*
42 *Pro oneribus soluendis habet fiscus bona obnoxia.*
43 *Si municipalis censura ordinetur bona pro collectis hipotecari possessor, & non descriptus compellitur.*
44 *Venditorē in non idoneum alienantem ad p̄ntes, præteritasq; collectas cogi posse affirmamus*
45 *Per æs, & libram collectam esse impositam in casu dubio iudicamus.*
46 *Quomodo onera diuidantur, de modoque ea indicandi.*
47 *Statuta circa hoc edita seruanda sunt.*
48 *Collectarios in iure quos appellamus.*
49 *Emptorem ad solutionem collectarum cogi posse dicimus impositarum pendente termino ad retrouendendum.*

FINIS.

PARS SECVNDA DE COLLECTIS.



1 OLLECTA quã sic uocat Accurs. in. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. et hono. Dictio latina est, quia Varro in lib. de ling. lati. & Cicer. in lib. ij. de oratore eam uocem in proprio sensu
2 usurpant, ut testatur Tiraq. in tract. de retract. in fi. totius. Tit. nu. 84. odiosa est cũ prædia oneribus afficiat, quæ erant libera, ideo contra eam semper fit interpretatatio ut inquit Crau. in consil. 111. nu. 9. in. i. & qui eam licitã fore assereret, onus probandi suscipit Bart. & Re-
3 buff. in. l. unica. c. de uaca. mun. lib. x. in. l. unica. C. de superind. eo. lib. An ius illam percipien. inter mobilia, uel immobilia compræhendatur Tiraq. in. d. tract. in. §. i. in glo. septima car. 27. nu. 35.

Collecta ergo quando personis pro rebus, per æs, & libram. i. inter patrimonij facultates indicitur proprie munus mixtum nuncupatur, Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re. iud. in l. unica. c. de mul. & in quo. lo. lib. x. col. pen. uersi. item quæro, plura congerit Deci. in consil. 335. in prin. in secundo Ami. in consi. 146. in fi. Bal. in l prædia col. i. uersic. sed quare. C. sine censu uel. reliq. in l. placet col. ij. nu. 16 uersic. nunc de mixto, & uersi, sed qualiter nu. 46. c. de sacr. san. eccles. quia cũ persona, neque res sit

causa immediata indictionis illius, sed utraq; insimul mixtum onus uocatur, Testatus est Bald. in d.l. placet praecipue quia indicitur generaliter, patrimoniumq; in genere respicit, quia si certi loci respiceret facultates, non mixtũ sed reale foret, ratione ergo realis, & personalis nexus nõ offitij aut opere, mixtum onus uocatur à Bal. in cõsil. 409. ad ecidentiã nu. ij. in quinto in consil. 112. de generali col. ij. nu. 6. uersic. sciendum in ij. in l. propter honorem in fi. C. qui Bonis cedere poßi, nouißime. Testatur Soci. iun. in consi. 38. nu. 15. in primo, & cum unũ totum

5 *formaliter à forma, & materia creatur mixtum est licet reale nũcupari posset ratione subiecta cum pro illius modo indicatur ut testat. Bal. in d.l. propter honorẽ. Alex. in cõsi. iij. nu. 10. in septimo, item & quia rei possessorem sequitur ut inquit Bal. in consil. 433. sicut in primo. At cum personis propter rem indicatur mixtum uocemus Cor. in consil. 264. nu. 6. in quarto Soci. in consil. 129. in princ. in primo, Alex. in d.l. praescripto. §. fi.*

6 *Rursus, & reale & patrimoniale munus iudicari potest si ui censurae municipalis bona cuiusq; pro collectis sint obnoxia, quia cum res uinculo oblationis tantum, & non persona astringatur, reale & non mixtum esse dice remus, Cor. in d. consil. 264. nu. 6. At statuto circumscripto mixtum uocatur, ut omnes fatentur, qua propter cum Ias. in d.l. placet nu. 3. uersic. secundum est. asserat. id mere reale esse non uidetur bene loqui si hoc affirmaret, at literam in codice meo coruptam esse existimo, quia tantum uirum haec dixisse non uereor, eo maxime quia inferius nu. 5. fatetur tributũ munus esse mere reale,*

tamet si ita loqueretur attenta impositionis forma, non incertæ prestationis mere reale iudicatur, ut considerat. Aret.in consil.133.in causa quæ.col.2. uersic. restat ui-
7 dere dū arguit Bal. in.l.neminem.C.de sacr.san.Eccles. fingamus quod certum & limitatum singulis annis Iudici,fiscalis regni hanc esse collectam onusque reale & patrimoniale asserunt,quia personis pro rebus,indicitur ef fectq; idem quod indictio And de isern.& Bal.in.c.i.col. pen.in. Tit.quæ sint regali Alex.in consil.52 in fi. in 5. cur.iu.in consil.60.nu.4.in consil.61.nu.6. Deci.in cōsil.694.nu. 8.in quarto. At non ita loquitur.Ias.in loco cittato,sed in onere incerto & expesse in collecta.

Et ex istis deprehēdi pōt cor.in cōsi.83.nu.19.in quarto (ut opinor) errasse (salua pace) affirmantem collectam personale munus appellari dum citat.Bar.in.l.libertus.§.sola.ff.ad muni,& alibi,qui non ita loquitur,immo contrarium asserit collectam onus esse quod personæ prorebus indicitur, ergo mixtum munus uocabimus ni-
8 si dicamus quod ratione impositionis personale dicitur, quia subdito tantum,& non forensi indicitur,ut testatur Bar. in locis citatis per Cor. uel secunda ratione actionis
9 proponendæ contra forensem si personali agatur actione quia exactor collectarum succumbet. Bar.in.l. forma.§. primo.ff.de cens.proprie tamen,loquendo mixtum munus omnes esse fatentur nemine contradicente.

10 Aliud munus nuncupatur mixtum, excepta collecta, ut decaptorie.i. decem primatus non multum publicanis absimiles Alciat. in.l. munus tribus.ff. de uerborum signifi.

11 *Quid uero sit munus mere reale, mere personale, sordidum, & mixtum in quoque differant collecta tributum census, decima, annua præstatio annona militaris indictiõ & super indictum declarat Ias. & Doct. in d.l. placet, & Accurs. in Rubr. C. de ano. & trib. lib. x. in. l. i. §. i. ff. de publi. Bart. in l. unica. C. de mulier. & in quo loc lib. x. Aret. in consil. 105. in causa magnifici, & in dicto consil. 133. Alcia. in d. l. munus tribus.*

12 *Aliud onus, quod taxam uocamus, aliquando indicitur in quo uero à collecta differat uideamus, inteligo de taxa quæ capitatio nuncupatur, quam collectam dicit Bart. in repet. d. l. placet. (si Bar. est) col. pen. uersic. qualiter collecta in d. l unica, & in l. quarta. §. actor. ff. de re iudi. Bal. in. d. l. placet nu. 42. uersi. 53. qualiter, Quæ lectura uidetur eadem cum Bar. lect. patrimoniale onus tantũ dici potest quia personæ non respectu bonorum indicitur Bar. in. d. l. unica col. 3. uersi. uenio ad secundam Alciat. in d. l. munus tribus per capita personarum exigitur par pa. in d. l. placet col. 8. uersic. est ergo, citat plura Soci.*

13 *Iu in consi. 49. nu. 13. in. i. unde subiunctus dumtaxat subit onus non autem forensis & rustici tantum grauantur non ciues l. i. C. de capita. ciui. cens. Exim. lib. xi. ibique declarat Accurs. & qui hoc onus subeũt ad nullum aliud onus compelluntur C. ne rusti. ad ullum obseq. lib. xi l. i. Vnde quispiam quid certum singulis annis soluit pro quo libet capite l. cum añ. & ibi not. C. de agri. & cens. lib.*

14 *xi. glo. in d. l. unica, & hoc onus capita quibus indicitur*

15 *semper sequitur Soci. in consil. 243. col. i. in secundo, Verum consuetudine potest induci, quod ad hoc onus ru-*

ſtici non aſtringantur & econtra quod nedum hi, uerum, & ciues artifices & in ſuburbijs degentes ad illius ſolutionem cogantur, ut parpa. in. d. l. placet col. 9. uerſic. fallit. 2. atteſtatus eſt. & soci. iu. in. d. conſ. 49. nu. 15. 16.

16 † conſuetudidem autem in oneribus indicendis ualde inſpicimus quæ contra iuris regulas attēditur. l. unica. ibiq; Bar. C. de. aur. coro. lib. x. Alex. in conſ. 52. col. ij. uerſic. hoc præſupoſito in 5. soci. iu. in citato conſil. nu. 16.

Qō. 1. Occurrit circa prædicta, quæſtio quæ de facto acci-
17 dit conſuetudine circumſcripta, nunquid hæc capitatio artificibus qui bona non poßident, neceßitatibus urgentibus in comuni poßit indici. quando facultates in codice perſcripte non ſufficiunt uel etiam ciuibus quorum patrimonia deſcripta ad ſananda debita uel imminentes neceßitates non ſunt idonea.

18 Quod compelli ualeant citatur ratio, quia licet ciues ab hoc onere eximantur d. l. i. C. de cap. ciui. cen. Exim. Reſtringitur ad cenſum qui Cæſari ſoluebatur, a quo is nedum Romanos uerum quoſcunque alios ciues eximit. ut ibi innuit accur. qui generaliter loquitur non tamen prohibet quin ciuitas ob grauia onera hoc onus capitationis illis indicere non ualeat.

19 Qui illud tollerare debent q; a pluribus ſuſtinetur ut inquit Car. Soci. in conſil. 63. inter conſilia Calc. Anch.
20 in conſ. 389. uiſis nu. 5. tanto magis cum hodie illud ſubeunt artifices, & burgenſes, ut atteſtatur parp. in d. l.
21 placet col. 9. nu. 26. uerſic. ex hoc, ideo ſicut conſuetudine ſolutio huius oneris induci poteſt ita ſtatuto à ciuitate edito, ut arguit Alex. in conſ. 219, nu, 12. in ſexto, &

22 in consi. 109.col.iij.uersi. & primo in tertio, & Doctori de consuetudine attestanti creditur Bar.in.l.de quibus col.ij.uersi.4.principaliter.ff. de leg. Que opi.non transit sine scrupulo, At uera est quando ex aduerso cõtrarium non probatur, & est opinio comunis, ut affirmat Deci.in.l.ij.§.mutui datio circa fi. ff. si cer.petat. Soci. Iu.in consil.60.nu.10.in secundo, & saltem quo ad artifices & burgenses stante consuetudine poterit ciuitas ordinando hoc onus ob imminentem necessitatem illis indicere.

23 In contrarium uidetur tit.de cap.ciui.cen.exim.C.qui in quibuscunque ciuibus habet locum, & quarumcunque urbium ut ibi Ang. testatur, ac Io.platea. Rursus ex quo nunquam hoc onere fuerunt collectati, dicimus consuetudinem esse inductam ut de cætero cogi non ualeant, quæ

24 præualet in oneribus istis, ut inquit Ias.& parp.in.d.l. placet, nu.16.& Crau.in consi.iij.nu.15.in i.

Non obst.obiectum de consuetudine citata per parpa. quæ in eius patriam uiget, quia si ibi seruatur res non habet dubium, At cum contraria in istis partibus uigeat q astringi non possint ad capitationem, hæc est seruanda,

25 ut cogi nõ ueleant, ut inquit Crau.in citato consil.† ulterius consuetudo restringitur ad loca in quibus uiget, & ad eos qui soluerunt, non ad alia, aliasq; personas, ut latius prosequitur.

26 Non obst.quod si consuetudine quid induci, potest ergo & statuto, quia dico obiectum procedere in ciuitate quæ uicem principis obtinet, Bar.in l.i.§.de qua re.ff.de postulam in l.infamem.ff. de pub.Iud.Rom.in consil. 456.

in casu præsupposito, nu.i.cum alijs, quæ citat Deci.in con sil.528.nu.i.& in consil.534.nu.2. in tertio.

In huiusmodi quæstione dicerem si immineret tanta necessitas quod facultates in æstimo perscriptæ non sufficiunt ad onera sanãda, hanc capitationem ciuibus alijsq; subditis indici posse à comunitate, quæ collectas impo-
27 nendi authoritatem habet, Quia etiam immunes ex priuilegio, quod in contractum transiuit coguntur de iure ad solutionem onerum necessitate urgente, quando aliæ facultates non suppetunt, ut infra in ultima parte dicetur, ultima limitatione.

28 Hæc capitatio in quampluribus locis pro custodia castrorum rusticis tantum indicitur, Quæ si cessat an solutio illius cesset, uide Soci.Iu. in consil.49.nu.31. in.1. & si erratum sit in taxa, qui illam imposuere tenentur, aliaq; fienda est eorum expensis Castr.in consi. 50.

De onere mixto uidimus, dicamus nunc an sit ordina-
29 rium, uel extraordinarium onus collecta, Bar.in.l.hi.qui col.i.uersi.item quero, quæ dicatur.ff.de iu. immu. dicit quod si a lege senatus consulto, uel principis constitutione indicatur esse ordinariũ, et in l.omnes.la 2.C.d'anno. & trib.lib.x in l.i.C.de indict.eo. lib. & hoc ineffabile esse testatur in l.i.C.de agri.& cens.lib.xi.in consi.180 si aliqua possessio, Bal. in d.l. placet, col.i. Alcia. in d.l. munus tribus, & hoc si ordinato tempore de anno in annum uel de quinquennio in quinquennium indicatur, ut inquit Bart.in d.l.i.& si certam habet præstationem, ut
30 affirmat in d.l.unica.C.de mul. & in quo. loc. At cum collecta, lege senatus consulto, ac principis constitutione

non indicatur indeterminatamque in se præstatione contineat, Extraordinarium munus nuncupatur, per accidēs .n. uariatur ut testatur Bar. in d. consi. 180. annuit Aret. in consi. 133. citato col. ij. uersi. sed tamen, & expreßius col. 3. uersi. sed tamen, tamen & si a statuto sancitum est
31 eam indici, ordinarium onus nuncupabitur, Ad. Bart. in d. l. hij qui uersic. quæro quæ dicatur, si certam formam habet ut ibi fatetur Alex. nec alij improbant; quæ idem quod indictio est, uocabitur, ut fiscales regni affirmant, & supra diximus, citando And. de iser. Alex. cur. iu. & Deci. nos tractamus de collecta quæ incertam habet præstationem, & non uniformem, quia quandoque plus, quandoque minus indicetur pro ut urgent neceßitates, & hæc munus extra ordinarium esse omnes fateutur quia extra ordiuem indicitur Bald. in l. fi. nu. 5. uersic. Aduerte C. sin cen. uel reliqui.

Quæ dictio quodq; munus & quæ sit collecta & quædam alia absoluimus, nunc a quo originem supserit, cur ita uocetur discutiamus.

Qō. 2. 32 Originem habuisse credimus ab Augusto, qui uniuersum mundum describi mandauit ut inquit Accur. in l. 1. C. de apo. pub. in uersi. descriptiones lib. x. quo tē-
33 pore, ut diximus ortum est tributum quod cum ab aula recesserit quia etiam cessauit Rom. Imperium, collecta suffecta est illius loco Castr. in d. l. placet, nu. 45. ami. in
34 consi. 8. nu. 53 in consil. 146. nu. 5. nouumq; onus quod hodie a ciuitatibus dominorumque locis indicitur appellatur ad antiqui oneris similitudinem, ut attestatur Cast. in citata l. placet.

35 Q[ō].3.35 Vocatur ergo collecta quæ personæ pro rebus in dicitur ut Accurs. affirmat in l. restript. in uers. incolis ff. de mun. & hono. Bal. in. c. i. col. fi. in tit. quæ sint regal. cur. iu. in consl. 60, nu. 4. in consl. 61. nu. 6. Quia à possessoribus pro modo facultatem descriptarum æstimo col ligitur. l. fin. C. sine censu uel reliquis, ubi Sali. in tertio not. Bald. in. l. si negotium. c. de nego. gest. cum alijs quæ citat Deci. in consil. 694. nu. 10. in quarto, ubi testatus

36 est regula traddi à Doc. onus soluendi collectam ad possorem pertinnse, hoc uerum esse effirmamus et quod prædia non sint perscripta illorum possessori cum ad quencunque transeant, is obligetur, quia cum suo onere suaq; transeunt causa, Soci. in consl. 243. in præsenti consultatione in secundo, & equum est ut qui posside t fructusq; percipit (ut licet alter perscriptus reperiatur) collectarum onus subeat. Deci in consi. 285. in secundo, in consi. 156. col. fi. in i. Soci. in consl. 119. in i. & hanc comunē

37 esse regulam testatur. cur. iu. in consil. 42. nu. i. intelligas de possessore qui pro suo poßidet suosq; facit fructus quia onus hoc illum sequitur etiam quod alter æstimatus sit Rom. in consl. 73. circa primum, col. fi. nu. 5. Alex. in consl. 34. col. iiij. uersi. cum ergo munus in quarto in cōsl. 31. col. fi. in quinto, in consl. 148. nu. ij. in sexto, Gozad. in consil. 83.

38 Hanc regulam à Doc. traditam in casu nostro non habere locum affirmamus, in quo collecta per æs. & librā indicitur, hoc est iuxta uires patrimonij Bart. in. l. 4. §. actor. ff. de re iud. Ami. in consl. 146. nu. 6. Deci. in cōsl. 153. in secundo, Crau. in consil. 165. Quia descriptio

tantum, & nō qui poßidet consideratur, illa enim ad hoc tendit, ut perscriptus grauetur præcise, & non alius, ut firmat Bal. in l. etiam col. pen. uersic. item habētes. C. de execu. rei. iud. in l. i. §. quod si nemo col. pen. uersic. super tertio quod cuiusque uniuer. nomi. Bar. in. l. incola. ff. ad municip. alia cittantur à cur. Iu. in consil. 68. in fi. ibique attestatur non cosiderari prædiorum possessorem uerum dūtaxat æstimū in indictione collectæ ut perscriptus grauetur, & non possessor, hac opinionem firmat Deci. incō
39 sil. 285. citato. nu. quinto uersic. quarto Curet ergo perscriptus in alienatione prædiorum emptorem æstimari, alias semper grauari potest ad solutionem onerū, & quidem idoneum, Bar. in d. l. incola. Bal. in auct. sed periculum. C. sine cēsu uel, reliq. in. l. si negotiū C. de nego. gest. licet ab emptore repeteret, ut ibi, ita loquitur Bart. in l. i. C. de exact. trib. de debitore onerum, qui exactori respondet, ostende mihi si sum descriptus in codice æstimi &c.
40 Hanc conclusionem intelligimus quo ad priuatos, at cōtra fiscum nil opitulatur cum & possessorem et perscriptum cogere ualeat ad solutionem onerū, ut inquit Cast. in d. l. si negotium, asserens hoc terminari per l. fi. C. sine
41 cens. uel. reliq. ubi etiam annotat Bar. is. n. quem mauult de prædictis elligit, ac exigit, cum utrunq; obligatum teneatur, ratione rei perscriptæ, quæ obnoxia est pro oneribus soluēdis l. imperatores. ff. de public. affirmat Deci.
42 in citato consi. 285. nu. 6. & licet Cor. in consi. 24. nu. 10. in tertio asserat, opinionē Bar. et Bal. iure non probari, fatetur tamen quod in consulendo ab auctoritate eorum non recederet, & quia casus super quo consuluit

est a terminis nostris diuersus, eorum opinionem non sequitur.

43 *Illam opinionem* Doctores *nostri limitant si municipali censura sancitum sit pro collectis obnoxia fore bona quia descriptio non consideratur, sed dumtaxat possessor qui astringitur ad solutionẽ onerum* Aret.*in consi.* 105. *in causa magnifici, nisi auctor soluendo nõ sit animaduertat ergo rem alienare idoneo eumq; in codice perscribere curet ne pro eo onera soluat, ut diximus.*

44 Et *ne dum collectas suo tempore indictas soluere cogetur, at præteritus, & hoc ratione hypotecæ bonorum* Rom. *in consi.*73.*nu.*5. Aret.*in citato consil.*105.Soci. *in d.consi.*119.*uersi.decimo licet intelligat non ratione obligationis statuti, sed tacite a iure comuni introductæ dum citat d.l.imperatores.*

Qõ.4. 45 I*udicatur nempe collecta in dubio per æs.& libram indicta,*Bar.*in d.§:actor.in fi.uerum si de causa impositionis appareat illi stañ. est quia ex ea impositio, an per æs & libram per capita uel fumantes iudicabitur an notat* Frãc.*de* Alb.Bal.*nouell.& Ias.ibi nu.*10.*&* Bal. *in d.l.placet col. pen.nu.*42.*in d.l.prima §. quod si nemo uersi.primo,*Bar.*in l.ne quid nu.*10.*ff.de incen. rui. naufr.in l.ij.C.de immu.nem.cõced.in l.unica.C. de mulie.& in quo loc.in l.i.C.de apo.pub.lib.x.* Bald.*in d.l. etiam in fi.*Soci.*in consi.*126 *col.*5.*uersic.tertio.principaliter in primo* Bal.*in l.ciuitas col.*3.*uersi.sed pœnæ, ff.si cer.per. in consil.*47.*ad euidentium nu.*5.*in tertio.* Guid.pap.Decis.87.*si uilla, nu.*5.*& de modo indicandi*

46 *de diuisione onerum,* Bal.*in.l.omnium.*C.*de uestiga. &*

comitis.in auct. defuncto,nu.12.c.ad tertul.uide.tex.in.l.
47 *ij.c,qui ætat.lib.x. circa hoc in quibusdam locis statuta uigent quæ seruanda sunt, Bald. in d.l.1.§. quod si nemo uersic.super.i.questione in.d,l. etiam nu, 28.in d. auct. defuncto.num.11,.2.Bart.in.l.finali in ti.C.de colleg. illici.*

48 *Ab hac uoce, in iure collectorij nuncupari possut qui in auctionibus publicanorum reliqua emere solent, qui ob grauiores curas uel debitorum pro crastinatione exigere nequeunt modico prætio uenerint,hæc Alci. de uerbo.signif.lib,4,uersic,sunt coactores car.88.licet aliter accipiatur in.l.quisquis.C.si cer.petat.*

49 *Adeo uera est illa opinio quod ad fructus præcipientē solutio onerum spectat, ut si uenditor rem alienet innito pacto quod intra quinquennium sibi liceat illam pro eomet pretio habere eoq; pendente si collecta indicatur ad emptorem fructus percipientē pertinet solutio ut inquit Cagno.in.l.ij.C.de pact.inter emp.& uendit.quæst.19, cum alijsq; citat Tiraq.de utroq; retract.in fi.totius titu li nu,84,uersic, nono quæro,*





1 QVI potestatem sibi uendicarint collectam indicendi.
2 Est iurisdictionis merique ac mixti imperij Et nu. 3. & 4.
5 Ratione superioritatis indicitur ideo supremus princeps indicit eam ratione utilitatis publicæ, & non aliorum.
6 Idem in ciuitate qui uicem principis obtinet asserrimus.
7 Vel ex priuilegio regalia haberet, aut consuetudine antiqua.
8 Castrum, Ciuitatem, aut Villam quamlibet pro utilitate publica collectam indicendi prohiberi dicimus absque iussu principis, at pro necessitatibus, terræ, uel loci, absque iussu illius ciuibus suis, ac incolis illam indicere posse affirmamus.
9 Renuente ciuitate, castro, uel uilla collectam indicere iudex cogit, uel indicit ipse cittatis omnibus. Et nu. 10.
11 Quod iudex collectã indicere nox ualeat affirmat parp. illius oplnionem intelligemus ratione publicæ utilitatis alias si immineret neccessitas illum non posse affirmaret non recte sensisse iudicamus.
12 Dux, Co. March. & Baro. si merum, ac mixtum imperium obtineant cum sint perpetuo inuestiti potestatẽ indicendi collectam habere credimus contra parpul. & nu. 13. & 14.
15 Hij inferiores à principe quod est ordinem extraordinarium & econtra faciunt.

16 Priores ciuitatis indicunt collectam.

17 Collegia & artes concernentibus suis negotijs collectã indicunt consuetudine maxime uigente.

18 Ius indicendi collectam, alteri demandari nequit sed illius commoditas.

19 In impositione collecta quot homines debẽt interuenire.

20 Per regentes, & cõsiliarios collecta indicitur.

21 Maior pars regentium quam duas ex tribus intelligimus collectam indicere idemq; in omnibus alijs actibus uniuersitatis comuniter seruari attestamur.

22 Due partes, ex tribus non uallidant quod gestum est quando actum est expresse expediri cõcorditer quod in communi geritur.

23 Congregationem uniuersitatis iussu superioris in loco solito sono campanæ, uel præconis uoce fieri dicimus, hæc non requiruntur quando sunt præsentes consiliarij.

24 Quicquid gestum est à maiori parte regentium de eorumque deliberatione debet constare, alias uniuersitas ex illo actu nõ obligatur ex contractu nec tenetur ex delicto licet deliquentes pœnam non effugiant. Et nu. 25.

26 In quampluribus italiæ locis ædita sunt statuta de forma congregandi regentes.

27 Eandem solemnitatem in actus reuocatione requiri dicimus, que in illius perfectione interuenisset apparet.

28 Si regentes citati non ueniunt, an alij expediunt actum.

29 Si superior sit absens uel infirmus cuius iussu congregatur uniuersitas.

30 Due

30 Due partes in profanis negotijs congregant alios qui si sunt contumaces per eos, & minorem partem actus expeditur imminente necessitate, uel si periculum sit in mora.

31 Maiorem partem uocum dignitate non numero intelligimus.

32 Si municipali censura uel consuetudine sancitũ sit actum concorditer à regẽtibus geri ex duabus partibus eorum non ualidari asserimus.

33 Regentes uel consiliarij non subrogant quenque in locum sui in actibus uniuersitatis nisi in munere decurionatus.

34 Due partes ex tribus in actus renouatione finito tempore interuenisse censetur.

35 Regulam quod due partes in illis actibus requirũtur, habere locum etiam in his quæ tendunt in utilitatẽ uniuersitatis affirmamus.

36 An regentes & consiliarij absentes sint cittandi in actibus uniuersitatis expediendis.

37 Non citantur absentes tribus casibus exceptis contra Ias.

38 Quo ordine se regant in impositione collectæ regentes uel consiliarij.

39 Bona perscripta æstimo illorũque æstimationem percunctare debere regentes in indicendo collectam.

40 Collecta indicitur etiam super bonis non perscriptis in æstimo in locis in quibus non æstimantur bona dummodo sint æstimabilia, & quæ sint.

Et nu. 41.

42 Collecta subditis dũtaxat, indicitur eum personis pro rebus indicatur.

43 Forenses pro bonis alibi possessis grauari non posse onere collectarũ affirmamus.


45 Etiam si domicilium mutauerint in eoque per annos x. habitauerint ibique bona quæsiuerint, citra animum permanendi, non compelli.

46 Quam pro muris reparandis pontibus ac uijs, indictam extendimus.

47 Ad collectam iuxta æstimumu per æs & libram impositam forenses cogi possent de iure firmamus si perscriptum comperiamns in æstimo.

48 Hodie forenses ad collectas quæ indicũtur pro bonis alibi possessis, & perscriptis compelli posse de iure dicimus cum & ipsi eorumque bona semper describantur, in quibuscunque Italiæ locis. Et nu. 49.

50 Forenses ad ea onera compelluntur ad quæ Ecclesia de iure cogi potest.



QVI COLLECT. INDICANT.

1 VID sit collecta, à quo originem traxerit, & unde oriatur absoluimus, uideamus nunc qui illam indicendi auctoritatem habeant, & cum
2 sit iurisdictionis, non subiectis indici non ualet l. rescrip. §. fi. ff. de mu. &
3 hono. immo ius hoc est de regalibus ut testatur Abb. in consi. 13. ne hunc nu. 4. in secundo, & meri imperij Bal. in l. et, nu. 21. uersic. item non puto. C. de execu. rei.
4 iud. cor in consil. 333. nu. 33. in. i. uerũ, & mixti Alex. in consi. 35. uiso in ij. ratione. n. superioritatis indicitur.
5 Quapropter non est dubium supremum pricipem pro utilitate publica auctoritatem hanc sibi uendicare, ut inquit Bar. in. l. i, in, ij. nota. C. de superind. in. l. unica. C. de mul. & in quo loc. lib. x. col. tertia uersic. quæro sic Bal. in. d. l. placet. col. 3. nu. 18, uersic. circa. tertiũ Alex. in. l. 4. §. actor, nu 13 ff. de re. iud. fely. in. c. cum dilecta de rescrip. nu. 95. uersic. singuli, Cor. in consi.
6 199. nu. 23. in. i. Eandem potestatem habere dicimus quamcunque ciuitatem quæ iura principis obtineat ut attestantur. Alex. & Rebuff. in. d. l. i. C. de superind. et Bar. in. d. l. unica uersic. prædicta uera Abb. in cõsi. 61. uidetur primo nu. 5. in 2. idem iudicamus in quacunque alia ciuitate castro, aut uilla quæ ex priuilegio haberet regalia uel ex antiqua consuetudine ut affirmant Abb. in consil. 2. uidetur primo, & in d. consil. 13. num. 4. in

Ang.cōſl.206.col.i.Alex.in.d.§.actor,& latius per Crau.in conſil.195.col.i.in.i.Deci.in.l.imperium nu.37.ff.de iuriſd.om.iud.Alex.in conſil.52.in quinto cur iu.in conſil.60.nu.8,in conſil.61.nu.10.in conſil 68. Arnol.ferro.de conſuetu.in tit.de feud.§.17.col.51. uerſi.nec tamen,Guid pap. Decis.87.ſi uilla,omnibus

8 his circumſcriptis caſtrum,ciuitatem ac uillam imperij iura & regalia non habentem à iure prohiberi dicimus hoc ius indicendi pro utilitate reipublice abſque principis auctoritate,at pro neceßitate propriæ terræ uel loci, ut ſi debita uel neceßitas alia urgeant,ciuibus incolisq; ſuis hoc onus indicere poteſt quęlibet ciuitas, & uniuerſitas.l.omnes.C.de operi.pub.accurs.in auc. quibus mod.natu.effi.ſui.in.§.ſiquis igitur.in uerbo persoluat.Bar,Bal.Ang.& cæteri hoc atteſtantur in.d.§. actor, hancque quæſtionem Paduæ diſcepatam refert. ibi Ang.obtentũq; fuiſſe uniuerſitatē pro ſuis neceßitatibus, Burſæ non habentem,collectam indicere poſſe, affirmantque Bar,Alex.& Rebuf.in locis citatis glo.2.Bal.in.l.i.§.quæ ſi nemo uerſi.quærit.hic.glo.ff quod cuius uniuers.nomi,Alex.in.d.conſil.52.& in cōſil.78,nu.4.in 6.feli.in.d.c,cum dilecta nu.94.Abb.

9 & crau.in conſilijs citatis,Quinimo ſi renueret per iudicem cogetur.d.l.omnes,& Doct.in.d.§.actor, Et

10 Guid.pap.d.Decis.87,uel iudex ipſe neceßitatibus illis prouidendo indicere non prohibetur ut inquit Bar. & Doc.in.d.§.actor uerſic.quero quid,ſ.quod uerum eſſe aſſerit Iaſ.illis de uniuerſitate uocatis.

11 Hoc ultimum parp.in d.l.placet nu.17.placuiſſe nō

uidetur cum dicat officialem auctoritatem onus hoc indicendi sibi non uendicare, nisi ad gubernandum præpositus sit, At intelligo de illo onere, quod utilitatē publicam forte respiciebat, ergo etiam castrum & uniuersitas priuatur ut diximus, alias si de onere quod indicitur pro necessitatibus locorum loqui uellet, illorum incolis renuentibus, perperam loqueretur. cum à iure potestatem habeat per ea quæ in.d.§.actor, citantur ac in alijs locis supra.

12 Quod de supremo principe, ciuitateque libera, ut pro publica utilitate collectam indicere ualeant idem Ducibus Comitibus Marchionibus, ac baronibus affirmamus, si merum mixtumque imperium ex priuilegio teneant. Bal.in.d.l.placet col 3.nu.18. Alex.in d.l.i.C. de superind.cur.iun.in.d.consil.61.nu.8.hi.n.inuesti-

13 ti perpetuo iura habent imperij, omniaque pertractāt in eorū statu, quæ in toto orbe Cæsar obtinet, Io. And. in.add.specul.in tit.de edi.instr.§.porro. in addit. hæc subst.in fi. Alex.alia citat in consil.68 col.4.uersic.et per stat.in ij.in consil.primo col.8.uersic.præterea dicta.in quinto cur..iu.in consil.i.nu.29. & in.d.consil. 61.nu.9.Crau.in consil.135. nu.ij. in.i. Deci.in consil. 161.in prin.in consil.199.nu.3.in.i.

14 Ex quibus clare concluditur parp. in d.l. placet nu. 30.a uero iuditio aberrasse, firmantem quòd nisi imperij iura habeant etiam quod merum mixtumq; imperium illis concessum foret, auctoritatem onus hoc indicendi de iure nō habere, Nam contrarium ex prædictis clare constat, & quia cum sit iurisdictionis, ac meri

mixtiq; imperij, ut diximus, hiq; huiusmodi nacti sint cur illa careant, uidere nescio. Rursus cum sint perpetuo inuestiti illa habere censetur, ut tot patres testantur, Quapropter ad hoc forte animaduertens dicitur hodie hanc disceptationem sopitam esse cum omnes. Iura imperij obtineant, de quorum potestate diffusius Crau de antiq. temp.par.4.sectio prima, num.26.loquitur.

15 Hij inferiores sua lege quod extraordinarium est, ordinarium faciunt, & econtra Abb.in d.const.20.Bar. in d.l.i.C.de superind.idem a statuto induci pot, ut ibi.

16 Diximus ciuitatem, uniuersitatemq;, collecta n indicere, intelligas, priores earum, qui loco sint domini; Alex. in d.l.i. C.de superind. At si illas sub suo teneatur regimine non imponunt, Deci.in consil.199.nu.i. quod uerum esse intelligo; si publicam utilitatem concerneret, quia necessitate in comuni urgente, & uenien te loco illis permittitur illius indictio, ut diximus de iu-

17 dice supra, singamus collegia, artes puta cerdonum, et similes priores habere, quæ uniuersitates nuncupantur Petr.de Anch. & Imol.in.c.fi. in fi. de his quæ fiunt à maio. par.cap. isti pro necessitatibus illius artis imponunt. collectam, defficiente bursa, Feli.in.c.cum omnes

18 nu.16. de constit. Tanto magis si ex consuetudine autoritatem sibi uendicarunt, Soci. iu.in consil.38. num. 8. in i. & hoc ius est ita illis eradicatum cum sit meri imperij quod alij concedi nequit, licet illius comoditas transferratur Bal. in.d.l.etiam nu.21.uersic.item non puto C. de execut. rei iud.

6.Qõ.19 Occurrit an in ea indicenda omnes homines de ciuitate aut loco interuenire debeant, iam supra proxime dicebamus ancianis, & prioribus permißum fore onus indicẽdi, Guid. pap. decis. 424. in talcis dicit quod de iure omnes debẽt accedere, maxime si sint dona quæ superiori elargiuntur subiungit tamen contrarium in sua patria seruari, cum maiorem partem accersisse suf-
10 ficiat, Hanc consuetudinem etiam in Italia seruari affirmamus, quia per regentes, ac consiliarios aut maiorem eorum partem indicit ut in quampluribus locis statuta ædita sunt uigetque consuetudo, in huiusmodi oneribus indicendis, Quæ seruanda sunt.

11 Maiorem partem intelligimus si due ex tribus consentiunt, tot enim uoces ad firmandum actum requiruntur Abb. & feli. in. c. cum omnes de consti. hancq; communem opinionem fore testatur ibi Dec. nu. 21. Doct. iu. utriusque censure, Alex in consil. 68. col. 3. uersic. nec ad hoc obst. in secundo, Ias. in consil. 101. col. 5. uersic. tertio oponitur in quarto, & in concilij congregatione Deci. in consi. 151. nu. 14. & 18. in l. in concessione emphyteosis Accur. in auct. hoc ius. porrectum in uerbo maiorem. c. de sacr. san. Eccles. Castr. in consi. 4. circa primũ nu. i. in primo. Ias. in consil. 54. col. ij. uersic. secundo principaliter in primo, in transactione cur. iun. in consi. 174. col. fi. nu 32. in donatione Alex. in consi. 42. col. 3. uersi. non obstat quod don. in quarto in ordinatione super aquis & pascuis Ias. in consil. 71 in tertio, in renuntiatione in consil. 140. nu 3. uersic. item ad hoc in quarto, in perequatione æstimi Crau. in

cōsil. 195.nu.8. in oneribus, & collectis Bal.in consil. 462.punctus quidā in quarto, in delictis comißis Ang. in consil. 165.cam multitudo, & opinionem comunem esse hanc affirmat Ias.in consi. 154.citato.

22 Hanc conclusionem de iure ueram omnes fatentur, nisi actum uniuersitatis concorditer expediretur, quia due partes illum actum ita gestum non firmarent Alex. in consil. 124.col.i.& secunda in secundo.

23 Et hoc facta cittatione regentium sono campanæ uel preconis uoce. Alex.in.d.cōsil.68.col.3.uersic. nec ad hoc, Et in solito loco, superioris iussu, ut affirmat Ias.in d.consil.71.col.ij.uersic item illud, & col.fi. nisi sit collegium uel in municipali censura. aliud de cogregatione æditum sit Crau.in consil.4.nu.20.21.in cōsil.134. nu.8.hec tamen cittatio non requiritur si sunt præsentes consiliarij in eo loco ut in citato consil.4.nu.25.

24 Et hi de prepositione subsequutaque deliberatione non constat quamquam de congregatione regentium appareat actum ualiditate illa non probat.cur. iu.in d. consil.174.col fi.nu.57.& in consi.fi.nu.9. nec obligaretur uniuersitas contracta uel delicto Bal. in cōsil. 283.uisa inquisitione in primo, Cor.in consi.63.nu. 4.in quarto, Et licet actus nullam firmitatem consequatur, feli.in d.c.cū omnes nu.41.& Deci.nu.17.Crau. in consi.citato 134.nu.5.& ij. pœnam tamen delinquētes nou euadent d. consi.4.nu.21.21.

26 Circa huiusmodi congregationē, edita sunt in quam plnribus Italiæ locis statuta, quæ seruanda sunt, actusq; contra ea nullus est. Alex.in consi.135.nu.i.in consi.7

nu. 7. in 7. Gozad. in consi. 35. nu. 14. & 15. Crau. in d. consil. 4. nu. 21.
27 Et in eiusdem actus reuocatione solemnitas eadem met requiritur nisi sit actus prius gestus ob necessitate puta onerum quibus uniuersitas grauari consueuit quia non reuocatur immo expeditur non seruata solemnitate illa, & a minori parte, etiam contradicente maiori parte populi ratione utilitatis publicæ, & imminentis neccessitatis, pars enim minor, præualet, Crau. in citato consil. 195. nu 8. 9. & 10.
7. Q. 27 Se offert circa prædicta quæstio, quid si superioris iussu citantur regentes, hijque sint contumaces an alij etiam quod sit pars minor auctoritatem non ueniscientium consequentur, Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. dicit quod sic, Abb. & Feli. hoc idem affirmant in d. c. cum omnes nu. 57. Abb. in c. 1. circa fi. de his quæ fiunt a maiori par. cap. Ias. in consil. 101. col. 5. in quarto.
29 At superiore absente uel infirmo, uel alia de causa legitima impedito ad antiquorẽ non ætate sed anterioris receptionis spectat onus alios conuocandi, si agatur
30 de congregatione ecclesiastica, At in profanis due partes conueniunt, earumque iussu alij uocantur qui si contumaces sint arguitur illorum contumatia, & per minorem partem actus expeditur, intelligas si necessitas immineat, uel in mora sit periculum, ut latius prosequitur Feli. ibi. nu. 57. 58. 59.
31 Et Maiorem partem uocum intelligimus dignitate, & auctoritate licet sit numero minor, nisi aliter constitu-

tutione firmetur puta quod fabæ albæ et nigræ secrete ponantur in uasculo cum perspici non poßit quę sint digniores et quæ non cessat regula minusque creditur assertioni consiliariorum si faterentur se albas nigrasq; fabas dedisse cum aliter per testes actū ita gestum probari testetur Alex.*in consil.*192 *in* 6.

32 *Limitantur prædicta quando à censura municipali, uel consuetudine sancitum sit actum concorditer à consiliarijs geri nam minor pars nequaquam firmat actū,* Alex *in consil.*224.*nu.*5.*in sexto,* Quam *limitationē non ueram existimamus, si actus ob imminentem neccessitatem à minori parte expediatur, quia firmitatem roburque obtinet* Crau.*in citato consil.*195.*nu.*10.

33 *Et in actibus per ancianos aut regentes ciuitatis uel uniuersitatis publice petractādis hij personaliter interueniunt non per substitutas personas puta filios, uel affines aut alios actum expediunt nisi in onere decurionatus affinitati concesso,* Alex. *in consil.*30.*in fi.in i.uel facultas collegia aliter comißioque formalis subrogato tribuatur feli.in.d.l.cum omnes.nu* 49.

34 *Amplia quod de duabus partibus diximus in actibus uniuersitatis ut hæ in renouatione actus gesti tempore perfinito interuenisse censeatur puta conductione medici per annum à duabus partibus consilij facta eo finito renouatio per tantū tempus ab eis gesta præsumitur ut inquit soci.in consil.*196.*in secundo.*

35 *Amplia etiam in actibus, quæ uniuersitati prosunt, & ad illius utilitatem tendunt, finge quosdam homines tenutam alicuius proprietatis adeptos, aliosque actus*

per quos queri potest possessio uniuersitatē fecisse, quia quam non quæritur nisi mandato legitimo & speciali præsedente cor. in consi. 63. nu. 2. 5. in quarto in consil. 299. nu. 7. & in consil. 143. nu. 25. in. i.

36 Diximus consiliarios citandos esse, Nunc absentes extraque territorium degentes pro expediendis actibus uniuersitatis sunt citandi, glo. in. c. præsentium in uerbo ipsorum de testi. in 6. dici quod tribus casibus exceptis, non fit citatio, illam singularem testatus est, Ias. in consi. 34. col. i. in. i. Et idem fore in similibus uel maioribus expressis affirmat ex inde distinguit aut absentes sunt regentes uoluntarie & tunc uerum dicat, glo. citata aut ex causa iuxta & legitima, & tractatur de arduis casibus, et qui sint illos enumeret col. iij. uers. nec ad hoc citat, & tunc sunt uocandi.

37 Hanc opinionem uti non ueram improbamus auctoritate Castr. in consil. 4. circa primum dubium nu. i. in primo affirmantis opinionē citatæ glo. indistinctæ procedere, ut in casibus expressis fiat citatio, & non alijs, Quam opi. attestatur comunem, fely. in d. c cum omnes nu. 38. & Deci. nu. 15. & licet fely. nitatur opiniones concordare de mente Abb. sufficit nobis istam opinionē comuniter recipi a qua nefas esset recedere c. iritaris de constituti. & quomodo sit citanda uniuersitas, & de citationis forma tradditur ab Ang. in consil. 196. nam sunt, col. pen.

38. Qō. 38. Postremo quia supra tractauimus de auctoritate quam sibi uendicant hij qui collectā indicere se prætendunt, dicamus nunc quo ordine quæque uia se regāt

in illius impositione. Ante omnia codicem æstimi ubi Bona sunt.perscripta præ.occulis habere debēt, & iuxta illorum æstimationem descriptam, collectā indicere Bar. in.l.fi.C.de præd.om.naui lib.xi.Bal.in auc.de fāc͞to.nu.12.C.ad tertull.glo. & doct.in.l. sancimus,la.i. C.de aduoc.diuers.iud.in l.i.C.de apo publ.lib.x.Rui.
40 in consil. 116.nu.5.& 21. in quarto,potest etiā collecta indici super bonis nō æstimatis dummodo sint æstimabilia ut inquit Bal.in d.l.etiam col.pen.uersic.modo uiden.nu.28. c.de execu.rei iud.Bart.in l.i.nu.28.C. mul & in quo loc. uersic. item quæro pro imponenda.
41 Cor.in consil.217.nu.2. in secundo ut in locis in quibus non sit æstimum quia facultates per deputatos circunspiciuntur diligenter mobilia bona,immobilia,pecunia animalia aliaque,indicitur͡q; collecta iuxta æstimationem de dictis bonis per officiales factam Bald.in.l.i. §.quod si nemo.ff.quod cuiusque uniuers.nomi. Ami.in in consil.8.nu. 3. & ex prædictis absoluimus personas auctoritatem indicendi collectam de iure habētes uideamus quibus personis indici ualeat.
42 Et uera est conclusio quod subditis tantum & incolis indicitur,qui ratione domicilij, uel originis subijciūtur nam cum sit iurisdictionis ac per æs & libram indicatur obliget personam propter rem. ideo subiectionem requirit. l. rescripto.§.fi.ubi Bart. ff.de mun. & hon. cur.iun.in cōsl.61.nu.2 Alex.in consl.78.nu.9.et nu. 11.in sexto,et in consi.111.nu.10.in septimo Crau. in consil.sæpe citato 195. in princ. & de hoc non est hæsitandum.

9. Q̃o. 43. Ex qua conclusione forenses pro bonis in loco oneris indicendi possessis de iure comuni non posse grauari onere collectæ affirmamus, ut attestantur Bar. in l. i. C. de mul. & in quo loc. affirmatur & in l. mune-rum. §. patrimoniorum in fi. ff. de mun. & bono in l. cũ neque C. de incol. lib. x. in. l. forma. §. fi. ff. de censi. in. l. libertus §. sola. ff. ad muni. Bal. in. d. l. placet. col. 3. nu. 28. uersic de collectis e Deci. in consil. 285. nu. 4. in. se-cunda in consil. 358. nu. 2. eo. in. consi. 594. nu. 10. in quarto. Cor. in consil. 217. nu. 8. in secundo in consil. 194. nu. 2. in quarto. Et hoc indubitatum esse attesta-tur Aret. in consi. 133. in causa quæ uertitur col. i. in col lecta quæ per æs & libram indicitur & non præstatur uniformiter, non tamen euadunt forenses quãdo collec-tãtur in proprio teritorio pro bonis alibi sitis, ut trad dunt Doct. in locis supra citatis, & cor. in consil. 22. nu. 3. in primo Guid. pap. consil. 61. rationibus col. 6. nu. 9.

44 Amplia primo ut procedat in Taxa quæ uniformi-ter imponitur, & personis pro rebus indicitur, ut hæ singulo anno quid certum soluant non astringit foren-ses, idemq́; foret in quocunque alio onere quod perso-næ pro rebus indiceretur, quia subditos ligat non fore̋-ses Aret. in citato consi. col. ij. uersic. restat uidere.

45 Secundo ampliatur in eo qui domicilium habitatio-nemq́; constituit in loco collectæ ibiq; per annos decem permansit bonaq́; acquisiuit non animo in eo loco habi-tandi, qui ex coniecturis potest deprehendi, nam pro bonis quæsitis cogi non potest ad subeundum onera col-

lectarum Abba. in consil. 100, uidetur primo in secundo.


46 Tertio amplia etiã si onus hoc pro refectione murorum, uel de nouo construendorum aut custodia ciuitatis indicatur arg. Tex. l. ij. c. de oper. pub. ad hæc enim ciues & incolæ astringuntur ut inquit tex. ergo à sensu contrario eximũtur forenses ut illam tex. declarat. cor. in consil. 72. nu. 14. in quarto, quid enim prodest illi si ciuitas aut castrum muniatur cum dumtaxat ibi possideat prædia ut inquit ipse, & hac ratione attenta non uidetur posse grauari etiam ad reffectionem pontium & uiarum quodan de iure uerum sit statim dicemus.

47 Limitatur hæc conclusio à Doc. nostris in onere collectæ quæ secũdũ æstimum indicitur per æs & libram quia cum forensis reperiatur æstimatus grauatur quia æstimum dumtaxat attenditur authore Ang. in. l. fi. C. sin. cens uel reliq. cur. iun, in consil. 42. nu. 4. Et causa finalis est ipsius æstimũ deci. in consil. 285. nu. 5. in secundo qui plura citat, & dixit Bal. in. l. i. §. quod si nemo. ff cuiusq; uniu, noie. uersic. super tertio col. 3. quod æstimũ habentes grauantur successiue subditi, siue non, qui uero non habent non coguntur nisi subditi reperiãtur alia citat. cur. iu. in citato consil. quæ possunt uideri & supra diximus in. i. lim. tertio questionis nu. 38

48 ex quibus succedit decisio quod indistinte cogi ualeat forensis cum hodie per totã Italiam collecte iuxta æstimum per æs & libram indicentur, regulam intelligemus de illo qui non est æstimatus nec eius bona in codice æstimi descripta

49 Ex qua limi. infertur forensem ad omnes collectas oneraque indicta quacunque de causa cogendum esse si æstimatus comperiatur, Et cum hodie ubique locorum perscribaturr & eius bona in libro æstimi collectæque per æs & libram indicentur censetur se obligasse ad illarum solutionem secũdum Bar.in.d.l.placet.col. quarta uersiculo de collectis.C. de sacr.san.eccles.in repeti. semper astringetur ad illorũ solutionem per prædicta, ideo superuacuum est disceptare, an ad indictas pro muris ædificandis ac reparandis pontibusque & uijs reficiendis, custodiaq; castri & terre ualeat cogi quia ultra quod his cessantibus uideatur posse compelli, cum fructus ut plurimum in castris reponat, & si illos abducit per põtes itineraq; cõducit ideo consequẽs est ut ab oneribus hac de causa indictis nõ eximatur ut hæc, & alia considerantur à cor.in.d.consil.72.tamen attento æstimo de quo supra res est sopita.

50 Rursus ad ea onera compeli potest, quibus Ecclesia. Alex.in.d.consi.68.col.5.uersi. præterea in secundo. At Ecclesia de iure comuni pro citatis soluit onera ut inquit cor.in consil.citato ergo & forensis, hæc ad castellam traduntur cum res clara pateat ex uerbis limitationis citatæ. Adeo q. ultra non sit quærendum de aliis limitationibus ad regulam uerum quia à patribus nostris aliter tradduntur limitationes eas recenseamus.



SVMMARIVM.

1 Res ad quemcunque vadit cum suo onere pertransit,

2 Opi. quod statutū forensem cogit ad collecta præualere censemus.

3 Quod pertransientes per portam ciuitatis tot soluat à statuto disponi potest,

4 Onera supportare debet qui percipit fructus ex re aliqua.

5 Statutum sibi non subiectum non afficit,

6 Quod forenses ad onera non compellantur,

7 Si in rem statutum disponat id valere non negamus, Et nu, 9.

9 Ex cultura prædiorum à forensibus facta quasi contractus inducuntur cum comuni.

10 Forense non soluente onera illius bona occupantur ac distringuntur.

11 Prædia descripta æstimo pro collectis de iure comuni sunt obnoxia,

12 Obligationem legis fortiorem esse putamus quam hominis.

13 Forensis alijs omnibus cessantibus de iure cumuni cogetur ad collectas, ratione hipotecæ bonorū quia ea distringentur.

14 Tanto magis statuto dictante omnia bona fore pro collectis abnoxia.

15 Vi cuius statuti onus patrimoniale collectam esse censimus,

16 An subditus ad collectas in loco domicilij pro bonis aliunde possessis astringi ualeat. Et nu. 19. 20. 21, 22.

17 Forensem ad collectas teneri si æstimo consensit omnes concedunt, idem si de registratione constet iudicamus,

18 Ex quibus de illius consensu in registratione apparere dicatur.

20 Ciues originarij Temporis diuisionem non patiuntur,

21 Duplici onere quispiam grauari non potest,

23 Quis incola muncupetur.

24 Consuetudine Totius italiæ forensis ad collectus cogitur,

25 Ad consuetudinem indicendam decēnium sufficere maior pars docto, uidetur approbare. Et nu. 26, & 27,

27 Præscriptio cuius initij &c, uim priuilegij obtinet,

28 Decennium consuetudinem inducit quæ illius uim habere dicitur non præscriptionis contra Aret.

29 Nec tempus centum annorum requiritur ad illam inducendam contra Deci,

30 Consuetudinem per testes probari, affirmamus, & quid deponere ac testificari debent ut eorum dicta concludant,

30 Notorium non probari sed allegari testantur Doctores.

31 An iudex de illa se informare ualeat.

32 Vt consuetudo uires habeat nō requiritur quod per

trinum actum sit in contradictorio abtenta.

33 Doctori, de consuetudine affirmanti credendum est quo ad præsumptionem, non plenam probationem ita comuniter recipi attestantur Docto. nostri usque ad nu. 41.

35 Doctorum auctoritas est, ll. interpretandi non super his quæ facti sunt attestari.

36 An uoci mortuæ sine iuramento credatur cum uiuæ fides danda non sit.

37 An Doctori de consuetudine firmanti, credendum, esse uel non patres nostri interse distinxere ac sibi ipsis uarij, & contrarij fuerunt.


41 Dictum Doctoris secundum legem quam citat, uel alterius doctrinam inteligendum est.

42 Consuetudinem collectandi forensis ad ea tantum onera pro quibus est inducta extendimus non ad ea quæ ex post neccesitate imminente fuerunt indicta.

43 Consuetudinem per aliã contrariam tolli firmãt maiores nostri.

44 Si in contractum transiuit opi. illam non esse ueram affirmamus.

45 Ad derogandum consuetudini tot Tempus sufficere quot ad illam inducendam nostrates asserunt.





1 ECVNDAM *limit.citant maiores uoſtri,ut forenſis cogi ualeat ad ſolutionem collectarum pro bonis iam deſcriptis æſtimo, & in eum translatis quia cum ſuo onere ſuaque cauſa tranſeunt cur.iun.in citato conſi.42.nu.1.& 5.Iaſ. in conſil. 83. in tertio quia multa congerit eaq; recenſere non expedit.*

2 *Tertia tradditur limita. ſi ſtatuto ſancitum eſt quod forenſis ad collectas cogi ualeret de cuius ualiditate nõ eſt hæſitan. cum circa bona ſibi ſubiecta diſponat licet in ipſius uerba dirrigat teſte* Bal.*in.l.i.col.7.nu.44. C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt in l.fi.c.ſin.cenſu uel reliq.col. ſecunda nu.3.* Alex. *qui plura citat in conſil. 148.in prin.in ſexto,in conſi.52.col.ij.uerſi.ad præd. in quinto,in conſil.68.col.4. uerſic.& per ſtatutum in*
3 *ſecundo,hac ratione urgenti quod ſicut ſtatuere poteſt quod quicunque per ciuitatis portam per tranſiens tot*
4 *ſoluat, ita collectam indicere illis, qui colunt prædia in eo loco cum æquum ſit, ut incommoda patiantur ſicut comodis gaudent, fructus percipiendo prædiorum, quã rationem citauit* Bal. *in d.l.i.* Alex.*in conſil.101.col. 5.uerſic. & etiam in q.hanc opi.affirmat, &* Caſtr.*in conſi.329.col.pen.nu.7.uerſi.poſt prædicta,in i.* Cur. *iu.in conſil.60.nu.2.& 8.in conſil.61.nu.5.& 8.in conſi.68.nu.4.5.* Ami.*in conſi.8.nu.6.* Deci.*in conſi.*

694.nu.6.in 4.Ias.in citato consil.83.col.fin. in fi.in tertio,& hanc opi.ab omnibus recipi,testatus est Cur. Iu.in locis citatis.

Contrariam partem statutum huiusmodi non ualere
5 uidetur firmasse Aret. in consil.citato 133. illa ratione quod sibi noa subditum ligare nequit per quam,uti ueram opinionem testantur Cy.Imol. Bar.& Bald.citati
6 per Corn. qui eandem firmauit in consil. 194. nu.3.in quarto,licet in præiuditium statuen.hij sancire ualeant ut forenses ad onera non compellantur, pro bonis sibi non subditis, quia nō est in illos statuere sed in suos officiales ne ab illis quicquam exigatur, ut inquit in consilio 22.nu.6.in 1.

In hac opinione,ueram Bal.conclusionem a tot patribus citatam esse putarem per rationem Bal. & licet
7 statutum uerba in forensem dirigeret,causa tamen finalis est res ipsa,quæ principaliter astringitur, non per-
8 sona, Nam cum hij forenses colant prædia seminant,arant, & metunt uidentur in eo loco cū illo comuni quasi contrahere, Quos incognitos contractus statutū de nouo potest inducere,& quia ex eis fructus percipiunt consequens est, ut ad onera cogi ualeant, ut testantur Cur.iu.Deci.& sequaces quæ opi.comunis est à qua nefas esset recedere.

9 Non obst ratio Aret.& Corn.Quia non statuit extra territorium censura hæc municipalis inspecta causa finali.i. ipsa re quæ est intra territorium, & quam astringit & obligat statutum principaliter,quod facere permittitur est enim in rebus sancire, circa quas ualet

statutum, ut inquit innocen. in c. postulasti uers. sed sto forte de for. competen. in his enim habet iurisdictionẽ, forense non soluente bona per occupationem distinguũ
10 tur ab exactore fisci secundum inno. in loco citato uer sic. sed si possessio is enim bona hipotecata habet pro
11 oneribus in collectis indicendis a iure l. imperatores. ff. de publi. l. muri leguli. C. de murileg. lib. xi. testatur Bart. in l. moschis. ff. de iu. fisci Bald. in l. i. in prin. C. si propter pub. pens. in l. i. §. quod si nemo col. ij. uersic. super secundo puncto. ff. quod cuiusque uniuer. nom. Castr. in l. si negotium nu. 3. C. de nego. gest. in l. apud Iulianum. §. heres. ff. de leg. i. Soci. in consi. 243. col. ij. uersic. præterea in secundo, cur. iu. in consil. 185. nu. 3. Deci. in consi. 285. nu. 5. in secundo sensit hoc Bald. in in consil. 434. nu. 2 in 3. citando d. l. imperatores, quæ
12 obligatio cum sit legis fortior est quam hominis Crau. in consi. 111. nu. 24. in i.
13 Ex hac conclusione inferri potest forensem semper cogendum fore ad collectas pro bonis alibi sitis circumscripta etiam municipali censura, quia uigore hipotecæ eo non soluente a fisco bona sibi subiecta occupabuntur ac distinguentur, & sola hac ratione omnibus alijs circumscriptis cessant omnia, quæ pro negatiua parte a
14 Doct. citantur, Tanto magis hanc ueram esse putamus si statuto sancitum sit omnia bona cuiusq; pro collectis oneribusq; subeundis fore obnoxia, quia contra bona statuentes disponunt non personam forensis tangunt,
15 & collecta isto casu onus patrimoniale quod possessoribus indicitur nuncupatur, Bart. in l. libertus. §. sola. ff.

ad munici.in l.neque C.de incol.in l.i.col.iiij. uersi. ita fallit C.de mulie.& in quo loco lib.x.a quo nemo excusatur.§.fi.§.patrimoniorū.ff.de mun.& hono.ubi Bar. expresse firmat & Bal.in d l.fi.nu.3.C.sin.cen.uel reliq.Inno.in d.c.postulasti Bal.in consi.434.licet nu.2. in 3.Guid.pap.in consi.62.principalia col.iiij.uersi.dicit etiam Bar.cur.iu.in consi.61.nu.8.

x. Qō.16 *Occurrit circa prædicta quæstio si forensis municipali censura cogi potest ad collectas,ut diximus, num possit subditus cogi ad earum solutionem in loco domicilij pro bonis alibi sitis, Accur.in l.unica in uersi. possidere C.de mul.& in quo loc.quem approbat Bar. col.iiij.uersi. item quæro firmauit comuni iure non fore cogendum at ui censuræ illius compelli potuerit, ut decidit Sali.in l.cunctos populos C.de sum.trini. et fid. catol. com in personam sibi subiectam disponat quā uinculo illius oneris afficere potuit Alex.in cōsi.128.col. 4.uersi.secundo respondeo in i.cor.in consi.202.nu.5. in secundo aliter secus esset statuto hoc non dictante,& dicetur infra in quarta par.quæstionis 21.nu.69.*

17 *Quarta limi.est in forense qui æstimationi bonorum consensit Bald in d l.placet col.iij.nu.20.& in consil. 434 licet in tertio ibi enim si collectas soluturum profiteri censetur,cor.in.consil.217.nu.8. in secundo, in citato consi.194.in fi.idem fore in necessaria registratione affirmamus ut tradit cur. iu. in citato consil.42. & consi.68.Deci.in d.consi.285.nu.5.*

Et alij testantur quos citat cor.in d.consilijs uerumtamen licet ueram hanc opi.existimemus magis tamen,

21 *Limitant Doctores nostri in muliere, quæ non capitur pro fiscali debito, ut Bar. in d. l. cum eo Bal. in d. l. placet num. 35. col. pen. tex. ad literam citatur in auct. sed nouo iure c. de offi. diuersi. iud. in auct. sed nouo iure c. de cust. reo. firmant Bar. & Doct. in l. plerique. ff. de in ius uoc. maxime Alex. nu. 12. Marsi. in prati. crimi. §. attingam. num. 63. qui more solito quamplura congerit. Hoc sublimitatur a Doct. pluribus modis quæ citatur in d. l. plerique & Marsi. in d. §. attingam. Soci. in con. 126. col. 2. uersi. confirmatur hoc in 1. Rom. in consi. 118. ad prim. ubi de illa muliere quæ cum sciret esse tutricẽ, inuentarium non confecit quia nedum detinetur sed torquetur.*

22 *Qo. 1. Nunquid debitores tenitentes soluere, uel quia asserunt se non esse in quaterno descriptos recte agant nisi exactor ostendat eis notullam descriptorum, Doct. dicunt recte facere qui nimo exactorem aliter procedentem ad damna impensasque teneri, teste Bar. et Ang.*

23 *in l. 1. c. de exacto. trib. lib. x. & cum iniuste exequatur illi de facto resisti potest l. prohibitum c. de iure fisc. lib. x. ibique not. Bar. in l. pallatinos. c. de col. fund. fisc. lib. x. Franc. in c. cũparati col. 8. uersi. sed limita. de appellat. Bar. in l. corona c. exempt. et exact. lib. 12 idem est si ultra debitum pignora capiunt. Bar. in d. l. contra. in ultimo not. restituunt. n. quod exegerunt ut inquit ipẽ. in l. 2. §. et Gui. ff. de admi. rer. ad ciuiperti.*

24 Et licet ordine Iuris non seruato procedatur in hu- iusmodi oneribus exactiones uero, non auctoritate pro-
25 pria at de Iud. mandato impununter qui iudex si ne- gligit uel patiatur aliter fieri punitur in duplum amit- tit salarium illius temporis & de suo soluit licet repe- tat haec not. a Bar. in l. infiscalibus, & in l missi opina- tores. c. de exacti. trib. lib. x. in l. Iudices c. de anno: & tribus ut eo lib. & Bal. in d. l. missi opinatores uersi. in 3. par. & uersi. nota. & in fi. criminaliter etiam pōt illi poena infligi ut per Ang. & Doct. ibi.
26 Qō. ij. Queritur a maioribus nostris quot tempus habent hi exactores ad exigendum de iure comuni an- nus conceditur, nisi aliud appareat l. sicut c. de exact. & execut. lib. 12. testatur Bar. in l. 4. §. actor uersicu. quero an pro tali debito ff. de re. Iud. Quo finito ut inquit ibi Bar. Capiuntur & detinentur, cui assentiunt Ang. Alex. & alij. & Guid. pap. q. 87. sit uilla nu. 3.
27 nisi causam iustam ostendant, fortius, & puniuntur d. l. siue, Et de suo proprio soluunt, ut inquit Bar. Et Doct. in l. neuia. ff. solut. matri. Soci. in con. 273. cul. 2. uersi. confirmant ista. in 2. licet, a debitoribus repe- tant, ut inquit Bar. & Doct. in locis supra citatis.
28 In exactionibus, locorum statuta, & consuetudines ser- uare debent licet executiue in his procedant etiā quod in mandatis haberet exactor exigere omni cohortatio- ne &c. Bal. in l. 1. C. si pro pub. pens. col. 1. uersi. sed poene in l. etiam c. de execu. rei. Iud, col. 4. uersi modo
29 Bar. & Ang. in d. l. missi opinatores col. fi. uersi. not. in modo, exigisse autem non uidetur, etiam quod ad do

bentionem personæ debitoris deuenerit nisi cum effe-ctu exigat, teste Bal. *in consi.229.prim. dubium num. 4. in 1.*

30 Qō.3. *Fingamus exactorem pecunias impendisse ad utilitatem comunis, non tamen in usu iam destinato nō recte egisse credimus, imo punitur in duplum, cum au-ctoritate propria negotium gesserit, ut inquit* Bar. *in l. 1. C. de his qui ex publi.coll. lib. x. citat. l. fi. c. de furm. urb. cōst. lib. x. clamans contra tales quibus man datur, ut aduocati, soluant solaria, pecuniasq; in alium usum conuertunt nec ullo modo excusantur nisi licen-tia, uel mandatum regentium ostendant,* Alex. *in con. 205. col. 5. uersi. similiter uidetur in 2. fortius etiam*

31 *habita licentia eorum, nisi exprimant quod ad certum usum iam erant pecuniæ destinatæ, exactoribus nil opi tulatur, cum a iure subreptitia censeatur, & non excu set eos a pœna ut attestatur* Curt.Iu. *in consi. 19. num. 13. & licet in casu illo contrarium affirmet in quo etiam* Ias. *consuluit, consi. 229. col. fi. num. 7. in 2. ex-actorem excusari id contigisse dicitur quia impeditur ille superextantes penias & non ad certum usum desti natas, alioquin pœnam incurrit ut ibi decidetur.*

32 Qō.4. Ex *prædictis ad aliam q. infertur an cum pe-cunia comunis illam impendendo in mercibus uel ali-ter negotiando aliquid lucrari ualeant, Exactores sal-tem in foro conscientiæ, ut fiscus quicquam repetere ab eis ualeat, decidit tex. quod non l. unicæ ibiq;* Bar. *not. C. de aur. pub. persecut. lib. x. cum alijs, quæ citat.*

33 Deci. *in consi. 6. in prim. in 1.* Quinimo *pœna quadru*

pli mulctatur l. Diu.minime C.de suscept. pro. & ara cha.lia. x. ibiq; Bar. Et in l. 1. & 2. C. de his qui ex publi.rat.mu.pecu.acci.in l. 1. C. de his qui ex publi. coll.lib. x.

Contrarium asseruerat.comen.in consi.138.tesaurerius in 2.dubio,exctores licite,cum d.pecunia lucrari solu

34 tionem ex dictis Deci.in citato consi. 6. colligimus, si pecunivm quam stvtim impendere cogebantur exacto= res non soluant in mora constituuntur aliter illam im= pendendo,ideo lucrum restituunt. fisco, Idem si in ne= cessitatibus comunis illam errogare tenebantur, at si certo tempore & non citus pecuniam comunis soluere tenentur si intra id tempus cum ea aliquid lucrantur id sibi querunt.

35 Hæc solutio non satisfacit quia est contra dicta Bar.in l. 1. C. de aur. pub. persecut ubi exactores pecuniam exactam in florenos nec floreni in pecuniam debent re digere,non redditur cum nomine comunis, illas exigāt in depositum pœnes se dicuntur retinere quod in ea spetie reddendum est,quo fit ut nec intra tempus solu= tionis eorum euicquid lucrari ualeant cum illis, ut atte statur Deci.ipse in consi.473.num.8.9'in 3. si uero eandem speciem restituunt, in suam utilitatem conuer= tere nequeunt,Bar' in d l. 1. hæc ratio militat, & in tempere præfixo ad soluendum cum illa pecunia sit id= met depositum nomine comunis exacta.

36 Quapropter Deci.in citato con.6.ad hoc animaduer= tens asseruit citata pro 2.opi.esse cera si statim pecu= nia erat soluenda at si in tempore præfixo ad quanti=

tatem uidetur obligatus & non ad certam speciem ergo quod querit sibi non fisco uenit querendum.

37 *Ista consideratio non eneruat rationem a Bar, & ab ipso met Deci, consideratam in locis citatis quia si prohibentur exactores pecuniam comunis commutare ut firmat Bar. in d. l. 1, quia in eandemmet speciem debet restitui cum nomine comunis & in depositum censeantur*

38 *tur retinere cuius natura est, ut ea species reddatur & Deci. fatetur in d. consi. 473. Vigent hæc rationes unoq; casu siue statim pecuniam debet solui, siue in tẽpore statuto, Et dicere qui certo tempore debet soluere uidetur ad quantitatem obligatum ergo potest lucrari, cum eandem speciem non restituit, Respondeo*

39 *non esse uerum, quia licet tempus habeat, certum ad reddendum pecuniam illam tamen pœnes se in depositum retinent, cum nomine comunis exegerint, ut affirmat. Bar. in. d. l. 1. nec inficiatnr Deci. in citato consi. 473. & quæ quandocumq; reddenda est ante terminũ cum sit in potestate deponentis uoluntatem mutare l. 1. §. pen. ff. depos. ubi Bar. Bal. Castr. & alij firmat Alex. consi. 80. col. 2. circa si. in 3. ideo semper parata debet esse pœnes depositarium, & licet ratione præfixi temporis concedi hoc poßit (quod negatur) non cessat ratio quod pecunia est comunis quæ in ea specie restituenda est siue statim siue ad tempus, uenit reddenda, & quam rationem uti potentiorem considerauit Deci. in d. consi. 473. num. 9. ad effectum ne commutari ualeret, ideo dispositio non cessat glo. in §. affinitatis instit. de nup. cum alijs quæ citat Ias. in con. 147.*

col.3.uersi. quinto principaliter in secunda.
41 Quapropter opi.Bar.ab eo in citato consi. firmatam ueriorem puto maxime cum in causa consi.6. non constet de termino aliquo exactori assignato ad reddendũ pecuniam, Quam tamen paulatim a debitoribus exigebat ut ante terminum peddi ualeat nil ergo reffert q. is statim uel ad tempus præfixum depositum reddere teneatur. quare unoq; casu uti non ualet cum ad libitũ deponentis reddendum sit in ea specie cum depositum restituendum est. at post exactionem quod assignatum sibi fuerat tempus ad restituendum nullum uerbum, unde credo quod si quod lucrum quesiuit, principi non sibi sit quæsitum, Quia in dies exigendo in dies pecuniam principi reddere tenebatur cui necessitates in dies illam errogandi obuenire poterant ideo parate
42 apud eum esse debebant impendende in necessariis rebus principis nec cum illis lucrari quicquam potuit ut concludit idem col. fi.in fi.
43 Rursus pro comuni opinione citatur comunis regula ab omnibus comuniter recepta si non præcedente contractu, quod comunitati non nocet et prodest alteri ad lucrum consequendum concessum non uidetur.Bar.comuniter approbatus in l.2.in prin.ff.solu,matri.ibiq; Ias.num.33.ergo inuito comuni non lucratur exactor cum illius pecunia.
44 Non obst.l.diu minime, & d.l.1, ab eo citatæ dumtaxat uerificari in eo qui statim quod exegit in ærario debet reponere, Quia iura non excludunt casum, quando exactor ad illorum restitutionem ad certum tempus

tenetur, intra quod cum sint comunis, & illius nomine exacte in depositum pœnes se habere censetur, & in quem dominium non est translatum rationibus p-ædi-
45 ctis; uerum casum exprimunt qui frequentius accidit cum libenter apud se pecunias isti exactores retineant
46 ideo etiã grauiter puniantur poena l. Iuliæ repetund. tito. tit. ff. & C. ad l. Iulia. repetun. Ias in consi. 3. col. 3 uersi. nec hic potest in 1. Alex. in consi. 205. col. 3. uersi. cum minus in 2 ubi eadem pœna mulctantur ministrrium præbentes, pœnam etiam furti ad duplum non effugit exactor Cur, Iu. in consi. 19. num. 13.
48 Et de exactis pecunijs apoca. debitoribus soluentibus faciet exactor quæ contra eum probabit tot exegisse ab eis ut dicitur Bar, in l. 1. C. de apoc. publi. lib. x. uersiculo sequitur.
49 Offitio complecto rationem redere compellitur hoc nobis pro regula a maioribus nostris traditum est in quolibet administratore qui alterius gessit negotia ut rationem reddat iuxta illud euangelium Lucæ cap. 16 redde rationem uillicationis tuæ, in tutore testanter
50 Soci. in consi. 2. col. 2. uersicu. est enim regulare & in consi. 192. col. pen. in 2. & Dect. in consi. 120. num. 7. in consi. 178. num. 1. in 1.
51 Idem esse in curatore affirmãt in locis citatis & Soci. in consi. 46. col. 2. in 1.
52 De procuratore tam ad lites quam ad negotia asserue rant Soci. in d. consi. 46. in consi. 73. col. 1. in con. 24. col. 2. in 1. d. consi. 192. col. pen. uersi. circa quintam
53 in 2. Deci. in consi. 464. in 3. stabiliuntur idem in pa

tre esse qui bona aduentitia filij gessit, ratione enim do li reddere compellitur rationem Alex. in consi. 110, col. 5. in 3. Soci. in d. consi. 46. col. 2. in consi. 254, col. 2. in fi. in 2. Cor. in consi. 105. num. 19. in 3. hoc etiam in matrem testatur Alex. in citato consi. 110.

54 Fratrem maiorem, minori fratri compellendum Iura admittunt Soci. in citato consi. 46. col. 2. in d. con. 73. col. 1. in d. consi. 192. col. pen. uersi. praeterea. Deci. in citatis consilijs. Et in consi. 225. num. 1. in 2.

55 Filium uiuente patre eius bona administrantem teneri uoluit Soci. in citatis consi. & in consi. 73. num. 12. in tertio.

56 In patruo affirmat Deci. in d. consi. 225. & in factore Soci. in consi. 190. col. 1. & pen. in secundo consi. 2. in 1.

57 Idem esse in cōmissario & praelato in d. con. 2. col. 2.

58 In hospitalario uoluit in d. consi. 46. col. 2. licet praelatus non sicut laicus rationem reddat Deci. in consi. 6. num. 1. in. 1.

59 Capitulum sede uaccante de gestis rationem reddit summo Pontifici Rub. Alex. in consi. 131.

60 Negotiorum gesto. Soci. in d. con. 73. col. 1. in d. con. 192. col. pen. Deci. in consi. 110. num. 7. in 1.

61 Socius socio. Bal. in consi. 418. ad prim. num. 6. in 3. Soci. in d. consi. 46. col. 3. 4. in d. consi. 192.

62 Heres fideicōmissario Cur. sen. consi. 29. col. 4. uersi. uenio ad 2. & col. fi.

63 Qui se pro tutore gessit rationem reddit Soci. in d. consi. 24. col. 13. uersiculo 2. 10.

64 Seruus

64 Seruus Domino suo Soci. in d. consi. 24. col. ij.

65 Et generaliter haec affirmamus in quolibet alio administratore alterius negotia gerente ut firmat Abb. in consi. 12. num. 7. uersi. capio nunc. in i. Deci. in praedicto consi. 178. & in consi. 464. 533. num. 2 in 3. Cor. in consi. 196. num. 4. in 3. Et hoc siue precedat mandatum, siue non, Soci. in d. consi. 73. num. 12. in 3.


66 Et in exactore uniuersitatis testatur Soci. in citato consi. 46. col. 2. Alex. in consi. 205. col. fi. uersic. pro pecunijs in 2. in bisq; locis an librum conficiat & quomodo & si negligit in quo puniatur, que uero in eo sint annotanda, reperies si uero non exegit debitores qui sui culpa effecti sint non soluendo, in quo teneatur, An contra eum in litem Iuretur, an sit liber, Edendus an de ommissis & neglectis rationem reddat in locis citatis plenius a Doct. traditur & per Soci. in consi. 92. num. 7. in 4. Ias. in consi. 100. num. 5. in 1.

67 In exactore, quod praedicta seruentur, Bar. in l. apparitores C. de exact. trib. lib. x. annotauit, alioquin bonam rationem non reddit ut traddit in l. cōperimus. C. de naui. seu naucl. lib. 11. Ias. in consi. 111. in 1. & si haec non facta ab eo comperiantur an ex causa iusta excusetur, & quae sit ibi citatur.

68 In redden. ratione liber exactoris comuni, uel calculatoribus, consignandus est, Ias. in consi. 169. num.

69 1. in 2. Qui diligenter considerent impensas ab eo factas, quia magne sunt probande de paruis eius Iu

ramento creditur. Bar. *in d.l.comperimus,idem in quo libet alio administratore uera fore putamus* Bal. *in* Rub.C.*de fid. instru. num.* 34. *uersi; sequitur uidere ubi plenius, quæ impensæ ab eis approbentur & quæ*
70 *non, hæc etiam citantur in consi.*2. *citatis ratione reddita refferunt calculatores cui rellationi si exactor est præsens & taceat an sibi præiudicet, & an ualeat relatio eo non citato tradditur a* Ias.*in d.con.*169.*in* 2,
71 Qõ. 5. *Quid si exactori pecuniæ comunis furto sint subtractæ an de his rationem reddat, & restituat tantundem* Deci.*in consi.*473.*in* 3, *super hoc casu consuluit, & concludit ipsum teneri si culpa sui hoc accidit ut quia illas non custodiuit diligenter in loco tutto, sicut quilibet alius custodisset, alias si in capsa ferreis clausuris munita reposuisset, & in loco qui à cunctis comuniter tutus existimaretur, hæc quæ fracta reperiantur diligentiam illam adhibuisse creditur, quam adhibuisset quilibet alius diligens pater familias, quo fit ut excusetur,* Et *in aliquo uersus comune pro furto illo non teneatur ut late prosequitur ad quam me reporto,*



1 PRO debito ciuili contracto per uniuersitatem quilibet pro parte conuenitur in penali insolidum.

2 Singule personæ non possunt detineri pro debito.

3 Nisi aliter appareat ex contractu consuetudine uel statuto, & num. 4.

5 Sindicus pogarum uel uillarum præfectus nuncupatur,

6 Exactor pro damno, & impensa ab uniuersitate passis culpa sui obligatur,

7 Conuentio inter uniuersitatem et particulares de soluen. quid certum singulo anno pro collectis de iure tenet. si cum iusta causa inita sit alias non usque ad num. 25.

8 Terræ conuentionate uocantur super quibus est inita conuentio.

9 Quæ sit iusta causa iniendi conuentionem super collectis,

10 Concludi per personas legitimas & non aliter concedunt Doct,

11 Et si nomine comunitatis inita sit ab ea ratificari potest expresse & tacite & ex quibus tacita ressultat ratificatio,

12 Solutio particularium cum patientia, & tollerantia comunitatis illi præiudicat.

13 Qui per annos 40. uniformiter singulo anno quid

soluit in futurum astringi nequit ut in plus teneatur.

14 Idem si soluendo declarat nolle in plus grauari.

15 Hæc uera sunt quo ad duas comunitates.

16 Immo decem alij solutio sufficit ut soluens in futurum ad plus soluere non cogatur.

17 Promptiores sumus ad liberandum quam ad obligandum.

18 Immunitatem a collectis transactionem pactionemq; super illis Doct. nostri probibent posse concedi & fieri, & num. 19.

20 Et cum cursu, annorum 60. soluens non potest se tueri.

21 Si prædia allibrata non comperiuntur super his ualet conuentio.

22 Tit. nullus ex deffectu potestatis non prebet causam præscribendi secus si sit ex deffectu solemnitatis inhabilis, & num. 23.

24 Ex libro æstimi probatur quas collectas non soluisse.

25 Idem per testes etiam uniuersitatis uerificari potest.

26 Testes uniuersitatis pro ea sunt idonei, & num. 27.

28 Quod principaliter contingit consideratur non si in consequentiam.

29 Liber exactoris probat quem soluisse, & e, contra.

30 Negatiuam per inspectionẽ librorum probari Doct. concedunt.

32 Huiuscemodi libri creditur etiam sine subscriptione notarij, usq; ad num. 43.

33 Maior fides huiuscemodi libris quam testibus adhi-

betur.

34. Scripturis ab ellectis personis annotatis creditur.

38 De consuetudine ita seruatur etiam in libris exactorum.

39 Libris ciuitatum & Ecclesiarum a publica persona conscriptis fidem facere firmant nostrates.

41 Libri argentariorum qui de publico elligebantur olim probabant.

43. Opi. Ias.q. libri huiuscemodi semiplene tantum probent non esse ueram affirmamus.

44 Libri exactorum uniuersitatis etiam contra forensem probant secundum ueriorem opi.usq; ad nu.53

45. Ad principem pertinet notarios creare qui extra territorium instrumēta recipiant non ad comunitatem quæ huiuscemodi caret potestate.

46. Forensis ratione descriptionis bonorum suorum in æstimo & quia ibi colit & metet prædia ac fructus colligit dicituir contrahere cum comunitate.

47 Forensium bona capiuntur & distringuntur si collectas non soluunt.

48. Ratione quasi contractus,& rei site dicitur forensis iurisdictionem illius iudicis perrogasse ut ibi conueniri ualeat.

49 Ratio disceptetur inter forensem & exactorem super collectarum solutionibus extra territorium exactoris,& num. 50.

51 Leges adaptantur ad ea quæ frequenter accidunt.

52 Instrumentum quod recipit notarius inter forensem & alium in territorio notarij alibi probabit, &

num. 53.

54 Solutio continua trium annorum operatur ut soluens pro annis retro molestari non ualeat si est reiterata secus si unica tantum est tres solutiones continens & num. 56.

55 Vera est hæc opi. siue tributum collectas uel aut aliud debitum solutum repetunt.

57 Et in Ecclesiasticis personis uerificari Doct. admittunt soluens collectam pro uero Domino repetit ab eo.


58 Soluens collectam pro uero Domino repetit ab eo, & num. 59.

60 Nisi aliter conueniatur inter contrahentes quod quo ad priuatos. V3. non quo ad fiscum.

61 Consors pro consorte soluens ab eo repetit collonus pro Domino, etiam clerico repetit, immo Rem potest distringere, & num. 62. 63. 64.

65 Idem affirmatur in possessore rem iure pignoris, & in quolibet alio nomine alieno soluente, & nu. 66.

68 Vera hæc sunt in publico officiali qui soluit pro debitoribus culpa sua non exactis quæ ab eis repetit.



PARS TERTIA
DE COLLECTIS.
Quæst. 6.



1 CCVRIT *circa prædicta .q. an ad debitum uniuersitatis quod sanatum non fuit tempore debito per exactorem, quilibet alius conueniri ualeat* Bar. *in l. ne quid col. 1. uersic. quero quando ff. de incen. rui. naufra. cui assentiunt* Alex. *& cæteri in l. 4. §. actor. ff. de re. iud. decidit in pœnis quemlibet insolidum teneri, at in debito ciuili pro parte sua, ut attestatur ipse met in d. §. actor uersi. quero an,* Alex. *num. 14. &* Ang. *si de*
2 *reali agatur executione,* At *si de personali singule personæ non detinentur ut firmat* Bar. *&* Bal. *in l. 1. §. quod si nemo ff. quod cuius uni. nomi. et* Bal. *in l. etiam col. 4. uersi. modo restat. num. 25. c. de execu. rei. iud. nisi statuto, consuetudine, uel pacto aliter dispositum*
3 *esse constaret.* Q*uapropter aduertendum esse censentur patres nostri ad uerba sindicatus si simpliciter aut insolidum personæ se obligarint,* Q*uia sindicus eadem obligationem cum creditore uniuersitatis contraxit quo fit ut q. ex contractu decidatur, ut dicunt in d. §.*
4 *actor, in d. §. quod si nemo* Bar. Bal. *& latius* Alex. *in hac obligatione etiam si uigore municipalis censuræ habeat sindicus potestatem personas particulares obligandi in contractu, illasq; non erant de ciuitate aut uniuersitate tempore contractus initi non comprehendi attestatur* Bal. *in consi. 47. ad euidentiam num. 3. in*

3.tenentur tantummodo qui se obligauit, uel facultatem sindico tribuere non quos uniuersitas obligaret cũ nullam potestatem ab eis habere cẽsetur nisi appareat,
5 hæc ipse latius persequitur Sindicus iste præfectus pagorum, uel uillarum nuncupatur Alciat.in l.cui præci
6 pua in prin.ff. de uerbo.signifi. Crederem in hac. q. exactorẽ ad omnia damna ac expensas si culpa sui contingeret teneri, quando huiusmodi debitum illi soluẽ. destinatum fuit per ea quæ sunt dicta supra quæst. 3. num.30.

Quæst.7. Diximus supra unumquemq; ad collectã compelli iuxta uires sui patrimonij, quia ita exactiones se habẽt l.1.C.de quibus mulit.se excus.lib.x.ibi a summis sarcina, ad infimos:

7 At inter uniuersitatem & particulares ualeat pacisci minorem quantitatem solui, quam illorum sit rata bonorum ut si conueniant cum aliquo de soluendo quid certum singulo anno pro suis prædijs quæ maiorem summam important, Alias uidi similes compositiones cum
8 quibusdam hominibus per uniuersitatem initas. Quas uocant terras conuentionatas, quasi quod de corpore illius ciuitatis uel loci cum quo pacifcitum est facte sint, Soci.iu.in consi.49.num.10.in.1. Et circa eas æditum comperio esse consilium a Crau.in consi. 3. in 1. in causa sua propria.

9 Pro cuius decisione uidetur dicẽ. hanc conuentionem non tenere, si inita comperitur cum personis ratam bonorum suorum soluere consuetis proindicto onere collectarum, Quia sicut ab ea immunitas ab illis oneribus

in totum concedi ualet, nisi iusta causa interueniente ut infra in 4. par. discutietur, ita nec in parte l. uacuatis ibiq; Bar. & Doct. c. de decutio. lib. x. in l. 2. ff. de iure immuni. causam iustam considerant Doct. esse si is cum quo conuentum est litem habebat cum uniuersitate uel erat forensis qui asserebat non teneri ut considerat Castr. in consi. 329. uisis. in fi. in 1. huiusmodi con-
10 uentionem si per personas legitimas concludatur de iure ualidam affirmat Castr. in citato consi. aut si ex
11 post illius conclusionem nomine uniuersitatis initam, ipsa illam approbet uel solutiones secundum conuentionem recipiat quia ratificasse censetur, ut inquit Cor. in consi. 22. num. 7. in 1. hæcq; particularium solutio
12 præiudicat uniuersitati, si patiatur huiusmodi onera solui, eo modo, quia patientia intolerantia illam astringit ut in futurum contradicere non ualeat ut affirmat Crau. in consi. 55. num. 2. in 1. de uniuersitate exempta quæ tolerauit passaq; est a particularibus solui onera ex quorum solutione in futurum tenetur ad illarum solutionem.
13 Hæc maxime uera sunt accedente ad solutionem prædictam præscriptione ann. 40. uniformiter iuxta conuentionem factam. Quia hi sunt tuti ut in futurum in plus grauari nequeant, Cor. in consi. 268. num. 20. 21. 22. in 4. Idem si expresse se nolle plus soluere de-
14 clarant soluendo singulo anno quid certum uniformiter pro collectis quia in plus non grauantur, teste Bar. in consi. 59. comune spoleti col. 2. uersi. quæ autem, & Rom. in consi. 444. an dictum Castrum num. 4. uersi.

quinimo.

15 Amplia ex mente Cor. hæc in citatis consilijs quo ad duas comunitates cum ex stipulatione notarij qui pro omnibus quorum interest stipulatur, ut comuniter in omnibus cõtractibus reperire censeatur inita cum particularibus conuentio agereq; & se tueri uigore illius contractus possunt particulares.

16 Restringas conclusionem de prescriptione ut uera sit si per decennium quis onera singulo anno soluit uniformiter quid certum soluendo quia in futurum grauari non posse testatur. Bal. in l. fi. col. fi. num. 9. uersi. unde si per libros C. sin. cens. uel reliq. Deci. in con. 285 num. 2. in 1. Ias. in consi. 101. col. fi. uersi. 4. in 4. qui quamplura in proposito citat quæ non referam cum a quo piam possint circumspici Crau. consi. 3. num. 7. Ra

17 tio urgens citatur. Quia si ad obligandum quempiam decennalis sufficit solutio uniformiter facta ut in futurum 15. eandem met præstare compellatur l. cum de in rem in uerso ff. de usu. l. si certis annis C. de pact. & comuniter recipitur, teste Alex. in consi. 69. col. 2. uersi. præterea in 2. Quanto magis non est astringendus ad solutionem maioris summæ, quæ per decennium uniformiter soluisse comperitur iuxta paciscita, cum fauorabiliores simus ad liberandum, quam ad obligandum, uulgata l. arriani ff. de actio & oblig. hoc argumento utitur Cur. Iu. in consi. 177. num. 2.

18 Aduertendum censeo ad q. de conuentione collectarũ, Quia uidetur reddi dubia per ea quæ tradduntur a Cur. Iu. in consi. 60. num. 12. 13. qui asserere uidetur

immunitatem a colectis ab uniuersitate concessam non ualere nec in totum; nec in partem, minusq; super ea transigi uel pacisci; & si laudum ferratur non tenet
19 nec approbari a partibus potest, earumq; assensus .n cum pacti quicquam operatur ibiq; 30. homines illi immunitati consenserunt.
10 Nec ille immunis se potest tueri quando soluat etiam si stetisset per 60. annos exemptus ut ibi num. 14. & 5 respondetq; ad dicta Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. quæ huic opi. contrariare uidentur; Quam responsionem ante eum citauit Alex. in consi. 30. col. 4. uersi. præterea in 2. eamq; non refferam cum uideri ualeat.
11 Opi. primam quam affirmat Castr. & Crau. uti ueriorem sequor quod ex causa iusta & legitima uniuersitas quem immunem facere ualeat & cum eo pacisci de soluendo quid certum singulo anno nomine collectæ, quando maxime terræ & prædia non erant descripta nec is pro eis soluit collectam iuxta eorum ratam, pro ut alij soluunt, ita uolunt ipsi nec hoc inficiatur a Cur.
12 in num. 13. At si prædia allibrata forent æstimo, & solitam collectam solueret, quicquam a comunitate in præiudicium collectæ agi potest sine causa non libera intelligo. & franca comunitate ut loquitur Castr. ibi
13 nec uigore alicuius tituli præscribit ob deffectum potestatis; at si a principe uel ciuitate libera concederetur uel pacisciretur cum illis deffectus uero aliquis circa solemnia interuenisset is tamen per tot tempus soluisset uniformiter in futurū tutus est ne in plus astrin-

gi ualeat, ita citata per Cur. Iu. intelligenda sunt, ut & *sentitur num. 16. 17. respondendo ad Bar in d. l. licitatio. §. earum cuius immunitatis materiam latius in 4. par. explicabimus, De illius probatione discutiamus aliqua.*

24 Qō. 8. *Quærunt Doct. quomodo probabitur quem soluisse collectam & non soluisse, Quod sit aliquis debitor, satis constare dicitur ex libro æstimi in quo eius bona sunt descripta qui fidem facit inter ipsos, & co-*
25 *munitatem ut supra diximus in 1. par. Probatio etiam per testes de iure uidetur posse deffendi etiam quòd sint uniuersitatis quia utilitas ad comunitates principaliter pertinet, licet in consequentiam illorum commodum resultet, quod ult. non considerare quominus integri & idonei reputentur teste Alex. in consi. 68. col. 5. uersi. non obst. in 2. Et in consi. 99. col. 4. uersi. secundo respondeo in 2. Et in consi. 136. col. 5. uersi. ulterius non obst. in 2. Ami. in consi. 8. num. 25. in consi. 25. num. 7. 8. Deci. in consi. 342. num. 4. in 2. Cur. Iu. in consi. 61. num. 12. Rub. Alex. in consi. 9. num. 12.*

26 *Contrarium asseruerat Archid. 12. 9. ij. in summam quod isti testes non reputentur integri, & idonei pro uniuersitate etiam quod commodum non spectat ad singularem personam nisi cum illis iuncta sint, alia, cui astipulatus est Alex. sibi contrarius in consi. 42. col. 6. uersi. quia licet alias in 4. Bar. in l. non tantum. §. uniuersitatis ff. de rerum diuis. cum alijs citat. a Deci. in c. insuper num. 6. 7. de test.*

Primam opi.non ueriorem esse arbitror quam secutus est Alex.*met in consi.citatis,et comunem asserit* Ami. *in consi.*8.*num.*34.*minusq; opi.* Archid. *ut infra apparebit.*

27 *Vnde non obst.obiectum de* Archid.Quia Alex.*in citato consi.*68 *& d. consi.*99. *melius sentiendo dicit eius opinionem ueram,quando aduersarius comunitatis pro se habebat ultra duos testes,alios testes quia numerus suplet fidem alioquin putat ipsum male loqui,citat* Abb.*in c.insuper de testi.*Et *confirmando opinionem hanc in citato consi.*99.*affirmat illorum testimonium de iure esse ualidum & iam quod de interesse ipsorum tractaretur secundum* Io. And *in add.ad specu. in tit.de test.*§.1.*super uerbo,*Item *quod in causa uniuersitatis, ut si super pascuis, aut nemoribus deponerent,* Ex *quibus aliquod percipiunt emolumentum, quia per hoc quod falsum dixerint, a iure non presumitur, hoc* Idem *asseruerat in citato consi.*136. Aliter *respõdet.* Ami.*in con.*8. Archi.*opi.ueram esse quare testes principaliter comodum sentirent ut si super pascuis, & nemoribus testificarentur idem ante cum firmauit* Bal.*in consi.*168.*caũs hominis in* 2. At *quia hæc solutio est contra dicta* Alex.*in consi.citatis maxime in dicto consi.* 42. *ubi comodum ad uniuersitatem non ad singulos spectabat ideo non satis facit,*Nisi *saluando dicas* Alex.*loqui.de minimo,* Ami. *uero de magno comodo quicquid sit opi.* Archi.*comuniter reprobatur,*Quia *uerum est dicere quod d.testes sint idonei*
28 *& integri licet comodum in consequentiam non re-*

portent, qu(i)d a iure licet non consideratur sed quod principaliter contingit l, si quis nec causam l, rogasti, ibiq; Bal. & cæteri, ff. si cer, petat, tamen non admittentur uel aliter dicas quod quando simpliciter agitur de interesse uniuersitatis admittuntur ita procedant consi, Alex. citata in prima opi. non tamen sunt integri ita intelligitur Archi. & erit fallen, ut traddit Deci. in d c. insuper num. 7. & hoc modo nulla esset contrarietas in dictis Alex. secundum eum, quia citata in prima opi. intelliguntur quando non de particulari commodo illorum de uniuersitate tractatur in 2. opi, quare non sint integri licet tractetur simpliciter de interesse uniuersitatis ut per Bar. in d. §. uniuersitatis, circa hoc Bal. in citato consi. 168. & in consi. 438, premittem, num. 3, in consi. 481. uertente num. 1, in 1. in consi 420. uerba principis num. 6. in 1, & in consi. 425. qualiter probentur in 2. num. 9. sequitur Affli. Decis. 400. nobilis. Dicunt quod si commodum principaliter respicit uniuersitatẽ & nõ singulos tunc sunt idonei si singulos ut super pascuis & nemoribus, nõ, et (d)icit Bal hanc esse opi. comunem secundum quã fu(i)t decisum in con, nemp, ut pz. in d. decis. 400. ideo opi. Arch. non est uera ut pz ex supradictis quam etiã non tenet Deci, in d. c. insuper & Alex, in d. consi. 99. & Alb in tract. de teste, in c, quando testes repelluntur col. fi & dicit Deci. in d. c. insuper num. 6. quod opi. comunis est, hæc quod quando de particulari interesse tractatur testes uniuersitatis non admittuntur, secus si simpliciter de commodo uniuersitatis.

29 Aliam probationem & faciliorem admittunt Docto res nostri per librū exactoris quia cum de perscriptione bonorum in libro æstimi appareat & quod sit in dicta collecta illiusq; debitores in quaderno exactoris pro tanta summa descriptos si per libros illius constet
30 eos non soluisse utiq; fatendum est, esse debitores, negatiuam hanc ita probari attestatur Bal. in d. l. plз. num. 34, & in Rub. C. de fid. instru. col. fi. num 43, uersi. 4. sup. citat tex. in l. census ff. de probat. perso=
31 na, enim exactoris est auctoritate publica ellecta con sequens est ut illius libris fides adhibeatur ut firmat Alex. in consi. 136, col. 2, uersi. Item etiam de solutionibus in 2, Et eo uol. in consi. 185. col. 2, uersi. nec etiam & licet infra uersi. sequenti, dicat Bal. in l. Imperator ff. de stat. homi. firmasse, ita demum illis libris fidem adhibendam esse, si a notario subscripti sint & non aliter illius opi. non est uera ut infra apparebit et contrarium ipse met affirmat in l. fi. num. 9, uersi. un=
33 de C. fin. cen. uel, reliq. & Cur. Iu. in consi. 106. num. 5. asserit maiorem fidem illis adhiberi quam testibus et ita comuniter recipi a Doct. firmat. Ang. in §. coges in autem, de mand. prin. Deci. in consi. 285. num. 7. in 2. huic opi. adheret. Cor. in consi. 333. num. 34. in 1, Ami. in consi. 101. num, 32. 33, asserit Bar. & Doct. comuniter ita firmasse in l. quedam §. numularios ff.
34 de Eden, fortius et hi attestantur credendum esse scri pturis notatis ab illis qui publice ad exigendum colle= ctas elliguntur, quam opi. Cor. in citato consi, comprobauit, & Ita de consuetudine seruatur, Deci. in consi.
35

496.num.8.in 3.hanc opi.sectatur, citat Bal.in l. titia textores ff.de leg.1, & approbat idem Bal.in l.iustum ff. si cer. petat.
36 Huic opi.Bal.in l.Imperator ff.de stat.homi.aduersari uidetur, ut huiuscemodi libris exactorum fides nō sit adhibenda nisi a notario subscripti comperiantur, & eandem opi.improbauit Alex.in consi.68. col. 5. uersi. non obst.in 2, ut libri isti non probent, sed dumtaxat adminiculantur, et opi. Bal. firmat. Idem Alex. in consi.185.col.ij.uersi. Vnde dicitur in 2. supra citato.
37 Quibus obiectis non obstan.opi.prim.comunem ueriorem esse existimo quod hisce libris a notario non subscriptis plena fides adhibenda sit Quam firmant Io. platea.in l.apparitores per illum tex.c.de exact.trib. Ami.in consi.101, num.33. qui asserit hoc de genera
38 li consuetudine seruari, quam opi.affirmauit Alex. in d.l.quedam.§. numularios in 2. not. & arguit contra decis.Bal.in d.l.Imperator.& asseruit in consi. 187.
39 num.2.in 7.quod libris ciuitatum, Ecclesiarum, & similium datur plena fides, si a publico offitiali auctoritate publica ellecto conficitur, & conseruatur in loco publico.
Non obst.decis.Bal.in d.l. Imperator quae fundata uidetur in l.ij.C.de conu.fisci.debit. lib.x. Quia ad hunc tex.respondet Bar.ibi.& declarat Alex.et Ias.in d.§. numularios quorum responsio cum uideri, a quopiam ualeat eam non refferam.
40 Non obst.quae citat ipse Alex.in citato con. 68. quia loquitur

loquitur in forense contra quem extra territurium liber non probat sed adminiculum facit, & an hoc sit uerum statim dicetur.

Non obst. citata in d. consi. 185. Qui in uersi. nec etiam uidetur hanc opi. firmare, quia si in casu illo posset apparere, librũ manu officialis scriptum, non negat quin fides adhiberetur, & licet in sequenti uersi. unde dicit Bal. citet. Bal. tenere fidem non adhibendam defficiente subscriptione notarij, hoc dictum uidetur, in discur-

41 su uerborum non quod illam opi. affirmet, cum in citatis consilijs supra contrarium clare affirmauerit quæ opi. comuniter a Doctoribus recepta est, & quam fir-

42 masse uidetur Bar. in d. §. numularios. ubi qua ratione argumentariorum, numulariorum ue libri olim plene probabant, quia de publico colligebãtur, ea, ratione libri officialium auctoritate publica constitutorum pro

43 bant plene Ex qua conclusione infertur, Ias. ibi (Iuditio meo) errasse concludentem huiuscemodi libros semiplene dumtaxat probare cuius contrarium is met affirmauit in l. admonendi in rep. col. 44. uersi. 3. principali casu ff. de iure Iur.

44 Limi. I. Et ex istis ad limit. infertur huiuscemodi libros contra forensem non probari, sed dumtaxat inter subditos ut uidetur firmasse Alex. in d. consi. 68. col. 5. in uersi. accedunt in 2. adminiculantur tantum, non quod plenam faciant probationem, Confirmatur quia sicut notarius a comunitate creatus instrumenta extra territorium stipulari nequit cum ad solum principem spectet ut per plura firmat, Ias. in consi. 168.

col.7.in 4.ita nec elligent officialem cuius liber pro-bet contrà non subditum.

45 *Contrarium de Iure uerius esse arbitror quod huiusce modi libris etiam contra forensem plena fides adhibeatur cum firmare hanc conclusionem uideatur* Alex. *in d.consi.136.col.2.si per uniuersitatem contra forensem agatur ad solutionem collectarum probatur (inquit* Alex.) *earum solutio per librum exactoris auctoritate publica electi, illamq; approbare comperimus,* Cor.*in consi.333.num.34.in 1. inter duas uniuersitates scilicet campli, & citadellæ inter quas pro solutione collectarum erat orta disceptatio, asseruit librũ exactoris campli plene contra uniuersitates citadellæ,* Et *clarior ista opi.cuipiam esse uidebitur si obiecta re-*

46 *moueantur pro quorum solutione,* Considero *quod forensis ratione bonorum perscriptorum in æstimo, & quia ubi poßidet predia, colit, metit, & fructus eorum colligit uidetur cum uniuersitate contraxisse sibi obligasse ad soluendum ibidem collectas ut supra diximus in 2.limi.2.par.quæ.8.num.49. ideo ratione huiusce modi quasi contructus semper in territorio exactoris conueniri quia forum uidetur sortire tam causa contractus, quam rei sitæ illis oneribus obnnoxiæ comuni* Iure.l.Imperatores *ff.de publi.cum alijs, quæ supra citauimus in 2.par.8.quæst.limi.2.num.ij.*

47 Considero *etiam, quod forense non soluente collectas,* Exactor *habet paratam exactionem quia bona illius capiet, ea quæ subhastabit ut supra diximus in 3.parte in prin.num.ij.& distringet secundum.* Imo.*in c.po-*

stulasti uersi. sed si poss. de for. comp. & supra dictum est.

48 Quibus pro ueris presupositis ad obiecta apparet clara responsio, nam nunquam, uel nemo potest contingere descriptionem inter exactorem, & forensem oriri ratione solutionis collectarum nisi in loco exactoris in quo uidetur forensis iurisdictionem prorogasse ratio-
49 ne quasi contractus & rei sitæ iuxta not. in l. senes absens ibiq; gloss. in Verbo debebit. ff. de Iud. not. Decis. 464. si queritur, Spec. In lit. de comp. Iudic. add. §. 1. ergo liber plene probabit, quia sumus intra territorium non extra, & dicere potest extra territorium
50 conueniri & fidem non faceret, dico hoc etiam possibile, sed à Iure non considerabile quia non esset ita fatuus exactor, qui potest bona subhastare eaque distrin-
51 gere in suo territorio, extra territorium forensem cõuenire leges enim ad ea quæ frequentius acidunt adaptante non ad ea de raro. l. nam ad ea. ff. de legi. Quapropter cessat ratio uniuersitatem constituendi notarium auctoritates non habere ut is extra territorium instrumenta recipiat, quia fateor, at Intra territorium illam auctoritatem habere dicitur sicut sibi uendicarit facultatem ut intra id exactoris libris credatur
52 Rursus quid si forensis cõtrahat cum subdito in territorio subditi, illumque contractum recipiat notarius publicus per instrumentum non ne id exstra forensem probabit ubique quis dubitetur cur ergo non probabit liber exactoris collectarum conra forensem alibi quam in loco collectæ indictæ si forensis tam ratione

3. tenentur tantummodo qui se obligauit, uel facultatem sindico tribuere non quos uniuersitas obligaret cũ nullam potestatem ab eis habere cẽsetur nisi appareat,
5 hæc ipse latius persequitur Sindicus iste præfectus pagorum, uel uillarum nuncupatur Alciat. in l. cui præci
6 pua in prin. ff. de uerbo. signifi. Crederem in hac. q. exactorẽ ad omnia damna ac expensas si culpa sui con tingeret teneri, quando huiusmodi debitum illi soluen. destinatum fuit per ea quæ sunt dicta supra quæst. 3. num. 30.

Quæst. 7. Diximus supra unumquemq; ad collectã compelli iuxta uires sui patrimonij, quia ita exactiones se habẽt l. 1. C. de quibus mulit. se excus. lib. x. ibi a summis sarcina, ad infimos.
7 At inter uniuersitatem & particulares ualeat pacisci minorem quantitatem solui, quam illorum sit rata bonorum ut si conueniant cum aliquo de soluendo quid certum singulo anno pro suis prædijs quæ maiorem summam important, Alias uidi similes compositiones cum
8 quibusdam hominibus per uniuersitatem initas. Quas uocant terras conuentionatas, quasi quod de corpore illius ciuitatis uel loci cum quo pacificitum est facte sint, Soci. iu. in consi. 49. num. 10. in. 1. Et circa eas æditum comperio esse consilium a Crau. in consi. 3. in 1. in causa sua propria.
9 Pro cuius decisione uidetur dicen. hanc conuentionem non tenere, si inita comperitur cum personis ratam bonorum suorum soluere consuetis proindicto onere collectarum, Quia sicut ab ea immunitas ab illis oneribus

in totum concedi ualet, nisi iusta causa interueniente ut infra in 4.par.discutietur, ita nec in parte l.uacuatis ibiq; Bar. & Doct.c.de decutio.lib.x.in l. 2. ff.de iure immuni.causam iustam considerant Doct. esse si is cum quo conuentum est litem habebat cum uniuersitate uel erat forensis qui asserebat non teneri ut considerat Castr.in consi.329.uisis.in fi.in 1.huiusmodi conuentionem
10 *uentionem si per personas legitimas concludatur de iure ualidam affirmat Castr. in citato consi. aut si ex*
11 *post illius conclusionem nomine uniuersitatis initam, ipsa illam approbet uel solutiones secundum conuentionem recipiat quia ratificasse censetur, ut inquit Cor.in consi. 22. num. 7. in 1. haecq; particularium solutio*
12 *praeiudicat uniuersitati, si patiatur huiusmodi onera solui, eo modo, quia patientia intolerantia illam astringit ut in futurum contradicere non ualeat ut affirmat Crau.in consi. 55.num.2.in 1.de uniuersitate exempta quae tolerauit passaq; est a particularibus solui onera ex quorum solutione in futurum tenetur ad illarum solutionem.*

13 *Haec maxime uera sunt accedente ad solutionem praedictam praescriptione ann.40.uniformiter iuxta conuentionem factam. Quia hi sunt tuti ut in futurum in plus grauari nequeant, Cor. in consi. 268. num.20. 21.22.in 4.Idem si expresse se nolle plus soluere de-*
14 *clarant soluendo singulo anno quid certum uniformiter pro collectis quia in plus non grauantur, teste Bar. in consi. 59.comune Spoleti col.2.uersi.quae autem, & Rom.in consi.444.an dictum Castrum num.4.uersi.*

quintimo.

15 Amplia ex mente Cor. hæc in citatis consilijs quo ad duas comunitates cum ex stipulatione notarij qui pro omnibus quorum interest stipulatur, ut comuniter in omnibus cōtractibus reperire censeatur inita cum particularibus conuentio agereq; & se tueri uigore illius contractus possunt particulares.

16 Restringas conclusionem de prescriptione ut uera sit si per decennium quis onera singulo anno soluit uniformiter quid certum soluendo quia in futurum grauari non posse testatur.Bal.in l. fi. col. fi.num.9.uersi.unde si per libros C.sin.cens.uel reliq.Deci.in con. 285 num.2.in 1.Ias.in consi. 101.col. fi.uersi.4.in 4.qui quamplura in proposito citat quæ non referam cum a quo piam possint circumspici Crau.consi.3.num.7.Ra

17 tio urgens citatur. Quia si ad obligandum quempiam decennalis sufficit solutio uniformiter facta ut in futurum 15. eandem met præstare compellatur l. cum de in rem in uerso ff.de usu.l. si certis annis C.de past.& comuniter recipitur, teste Alex. in consi. 69. col. 2. uersi.præterea in 2. Quanto magis non est astringendus ad solutionem maioris summæ, quæ per decennium uniformiter soluisse comperitur iuxta paciscita, cum fauorabiliores simus ad liberandum, quam ad obligandum, uulgata l. arriani ff.de actio & oblig. hoc argumento utitur Cur.iu in consi.177. num. 2.

18 Aduertendum censeo ad q.de conuentione collectarū, Quia uidetur reddi dubia per ea quæ tradduntur a Cur.iu.in consi.60.num.12.13. qui asserere uidetur

immunitatem à collectis ab uniuersitate concessam non ualere nec in totum ; nec in partem , minusq; super ea transigi uel pacisci ; & si laudum ferratur non tenet
19 nec approbari à partibus potest, earumq; assensus in eum pacti quicquam operatur ibiq; 30. homines illi immunitati consenserunt.
20 Nec ille immunis se potest tueri quando soluat etiam si stetisset per 60. annos exemptus ut ibi num. 14. 15 respondetq; ad dicta Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. quæ huic opi. contrariare uidentur , Quam responsionem ante eum citauit Alex. in consi. 30. col. 4. uersi. præterea in 2. eamq; non refferam cum uideri ualeat.
21 Opi. primam quam affirmat Castr. & Crau. uti meliorem sequor quod ex causa iusta & legitima uniuersitas quem immunem facere ualeat & cum eo pacisci de soluendo quid certum singulo anno nomine collectæ, quando maxime terræ & prædia non erant descripta nec is pro eis soluit collectam iuxta eorum ratam, pro ut alij soluunt, ita uolunt ipsi nec hoc inficiatur à Cur.
22 in num. 13. At si prædia allibrata forent æstimo, & solitam collectam solueret, quicquam à comunitate in præiudicium collectæ agi potest sine causa non libera intelligo. & franca comunitate ut loquitur Castr. ibi
23 nec uigore alicuius tituli præscribit ob deffectum potestatis ; at si à principe uel ciuitate libera concederetur uel pacisciretur cum illis deffectus uero aliquis circa solemnia interuenisset is tamen per tot tempus soluisset uniformiter in futurũ tutus est ne in plus astrin-

gi ualeat, ita citata per Cur. Iu. intelligenda sunt, ut sentitur num. 16. 17. respondendo ad Bar in d. l. licitatio. §. earum cuius immunitatis materiam latius in 4. par. explicabimus, De illius probatione discutiamus aliqua.

24 Qō. 8. Quærunt Doct. quomodo probabitur quem soluisse collectam & non soluisse, Quod sit aliquis debitor, satis constare dicitur ex libro æstimi in quo eius bona sunt descripta qui fidem facit inter ipsos, & co-
25 munitatem ut supra diximus in 1. par. Probatio etiam per testes de iure uidetur posse deffendi etiam quòd sint uniuersitatis quia utilitas ad comunitates principaliter pertinet, licet in consequentiam illorum commodum resultet, quod ult. non considerare quominus integri & idonei reputentur teste Alex. in consi. 68. col. 5. uersi. non obst. in 2. Et in consi. 99. col. 4. uersi. secundo respondeo in 2. Et in consi. 136. col. 5. uersi. ulterius non obst. in 2. Ami. in consi. 8. num. 25. in consi. 25. num. 7. 8. Deci. in consi. 342. num. 4. in 2. Cur. Iu. in consi. 61. num. 12. Rub. Alex. in consi. 9. num. 12.

26 Contrarium asseruerat Archid. 12. 9. ij. in summam quod isti testes non reputentur integri, & idonei pro uniuersitate etiam quod commodum non spectat ad singularem personam nisi cum illis iuncta sint, alia, cui astipulatus est Alex. sibi contrarius in consi. 42. col. 6. uersi. quia licet alias in 4. Bar. in l. non tantum. §. uniuersitatis ff. de rerum diuis. cum alijs citat. a Deci. in c. insuper num. 6. 7. de test.

Primam opi.non ueriorem esse arbitror quam secutus est Alex.met in consi.citatis,et comunem asserit Ami. in consi.8.num.34.minusq; opi. Archid. ut infra apparebit.

16 In præscriptione 40.ann.aduersus collectas non requiritur interpellatio comunitatis debitori, at quod is tantum sit uoccatus ad solutionem cum scientia & patientia comunis,& nu.17.18.

19 Quod de interpellatione diximus in actibus uoluntarijs & meræ facultatis uerum putamus.

20 Data mala fide debitoris non procedit præscriptio:

40.ann.ut comuniter à patribus nostris recipitur contra Bald.Ias.& Rub. Alex. & usq; ad nu.31.

21 *Canones in dominio imperiali si de peccato agitur seruantur*

24 *Bonam fidem ex possessione.40.ann.à iure præsumi affirmant patres nostri*

25 *Debitorem ius ad se pertinere ignorantem non excusamus*

28 *Oneri non leuandi sal spatio longiß. temporis non præscribi asserimus data mala fide debitoris.*

29 *Homines ab initio nati sunt liberi*

30 *Præscriptio libertatis seruitutis rusticæ spatio ann. decem completur absque bona fide urbanæ uero nõ si bona fides absit.& nu.31.*

32 *Hæc quæ de præscriptione citauimus nedum in debitore,uerum & in eius herede uera affirmamus*

33 q.9.. *Qui in æstimo perscriptus non comperitur licet predia poßideat pro quibus exactus nunquam fuit,licet pro alijs allibratis soluerit immunis est pro non registratis.*

35 *Libris æstimi Credeñ & maior fides adhibetur quã testibus*

36 *Rellationi exploratorum attestantium tot bona perscripta esse in æstimo & tot non creden.est.nu.37.*

38 *Quem collectas soluisse,& non soluisse ex libro exactoris probatur.*

Quest.x.4Ex descriptione bonorum in æstimo uidetur quasi contractus initus cum præscripto & comunitate de soluen.collectas,

43 *Princeps à contractu inito cum priuatur recedere nequit etiam de plenitudine potestatis.*

46 *Maior causa utilitatis publicæ tolit minorem rempublicam respicientem & quæ sit. & nn. 48. 49.*

47 *Onus diuisum in plures facilius sustinetur*

50 *Maior præsumptio tollit minorem*

Quest. 11. 51 *Quod inferior princeps uel uniuersitas ciuis suo immunitatem concedere non ualeat à patribus nostris pro regula nobis tradditum est & nu. 52.*

53 *Pactio transactio, compromissum ac laudum super collectis non soluendis à iure prohibentur nec partium consensu quicquam firmari potest*

54 *Inferiorē concedere immunitatē in sui præiuditium plerique attestantur si releuat cæteros á solutione exempti uel cum causa puta meritorum & nu. 55. 56. 57. 58.*

57 *Doctori & Medico aut ciui nouello immunitatem concedi omnes admittunt in prædictis. duobus ratione specialitatis & nu. 61. 63.*

61 *Interest Reipublice ut hominibus repleatur. & nume. 62.*

65 *Quibuscunque prodesse ualentibus, uel qui prosunt comunitati immunitatis cōcedenda est & qui sint.*

66 *Ambassatoribus & legatis bene merētibus immunitas á collectis datur.*

67 *Anciani consiliarij ac regentes de bonis comunitatis bene merentibus donare de Iure possunt*

DE IMMV. EX PRAESCRIP.

Quæst. 7.



N qui nunquam coactus fuit ad solu tionē collectarum, quæ ab uniuersi tate continue indicebantur ad sanā dum necessitates in comuni contin= gentes, se aliqua immunitate tueri
1 ualeat Bar. in l. licitatio §. earum. ff. de pub. quē sectantur Ang. Imo. & Cast. affirmauit cō tra fiscum spatio: 40. annorum prescribi, inuectigali=
2 bus, hanc. opi. in collectis testatur Cor. Peruſ. in consi. 199. nu. 10. in 1. in consi. 142. nu. ij. usque ad fi. in 3. & in consi. 268. nu. 21. in 4. quamplura citat maxi= me consilia. Bar. & Rom. quæ à quoquam possunt per spici & sufficit alienatio tituli ut fatetur ipse, huic opi=
3 nioni adheret Castr. in consi. 363. circa principium nu. 3. uersi. ultimo uidetur in 1. qui & ipse consilium. Bar. comune spoleti citat, Ale. in consi. 30. col. 4. uer=
4 si. quò ad secundum in 5. Hanc non esse ueram in pu= blicis functionibus cæsari in signum recognitionis de= bitus attestatur ipse, quia nisi titulum inualidum pos= sideat soluens non tuetur cursus. 40. ann. hanc opi. ap probat Ias. in consi. 25. col. 2. uersi. clarum est in 3. & in consi. 101. colu. fi. in 4. quæ opi. insciente se teneri
5 ad earum solutionem etiam uera est ut inquit Iason. ibi Cass. in consi. 64. nu. 31. 32.
6 Fortius firmat Barb. in consi. fi. inter consilia Alexa. in 4. col. 4. uersi. & adduco, quod minori tempore tu=

tus est solues ut si per annos. 20. non fuit exactus & Ias. in consilijs citatis approbat quia agitur de praescriptione fauorabili libertatis aduersus collectas, in qua
7 decennium forte uniuersitatem excluderet ut uidetur firmasse Cor. in citato cons. 268. cum collectandi con
8 suetudo à Iure specialiter introducta decenij spatio concludatur, ergo & praescriptio libertatis citate traddit Cur. Iu. in cons. 42. col. fi. eo utens argum.
9 Nec obijciatur in praescriptione aduersus collectas tempus. c. ann. requiri, cum hae discuntinuam in se habeant causam ut approbare uidetur Alex. in cons. 6. in 1. Cur. Iu. in cons. 90. col. 3. nu. 9. Rub. Alexandri in cō
10 si. 21. nu. 4. cum factum hominis exigatur ut per citatos Doct.

Quia dico non esse uerum in casu nostro tantum tempus esse necessarium, tutus enim est non soluens per id tēpus de quo supra & si obiecta remoueamus clara erit opinio.

Nō obst. quod uidetur asserere Alex. in dict. cōn. 6. Quia non firmat tot tempus requiri in huiuscemodi perscriptus. sed quia ibi de facto contingit, ut de consuetudine inuetcrata ageretur quem uigebat ideo tot tempus
11 exprimitur minusque facit cōsilium. Cur. Iu. cum agatur de uectigali imponendo in territorio alieno, Et sic de seruitute nos delibertate agimus, quae ex non usum
12 collectandi inducta dicitur, Guid pap. cons. 69. colu. 6. uersi. praeterea hoc probatur, latius Crau. in cons. 111. in 1.

Non obst. c. Rub. Alex. quia is discutit an in praescri-

ptus.ann.c.scientia requiratur uerum quod in casu nostro tot tempus necessarium sit nullum uerbum, opi.nostram uti communem latius prosequitur Crau. in citato consi.iij.quod scripsit in propria Causa, Videmus
13 etiam præscriptionem libertatis aduersus pedagia tēpore ann.40.concludi, ut inquit Ias.in consi.81. colu. fina. uersi.sexto in 3. & tractant Doct.in locis supra citatis
14 Est enim fauorabilis hæc præscriptio, sicut odiosa est contraria cum in earum exactione maius tēpus requiratur rōne rei libere à Iure comuni præsumptæ, tradunt host.& Io.And. in c. minis de iure. Iur. relati.à
15 Crau.in consi.iij.Citato nu.9.libertatem enim fauorabiliorem seruitute exprimit. l. arrianus.ff. de acti.& oblig.Cor.in citato consi.263.nume.19.29.& Crau. ibi.

Quæst.8.Occurit circa predicta.q.à quo tēpore hæc præ
16 scriptio initium sumat, Alex.in consi.136.col.pen.uersi.itē ad hoc in 1.à die qua debitor est certioratus quod soluat collectas alioquin(inquit ipse) si is non probat se ad earum solutionem uocatum minimeq; paruisse. non tuetur, hac præscriptione interueniēte semper bo
17 nā fide sciētia,& patientia comunis hæc ille col.fi.uersi item nundum,& uersi.requirebant; de patientia firmat Abb.in consi.18.pri.quod comunitas uersi. unde non perscribitur in 2.Cassa.in consi.84.nu.32.

Hoc dictum de interpellatione alienum à ueritate eēnsemus cum à tot decisionibus patrum citatorum deuiare uidetur, in quibus nulla expreßio de interpellatione ci

18 tatur, stabiliuntur enim conclusionem in casu contingenti indictionis collectarum quas debitor soluere non recusauit imo quod interpellatio non requiratur huic opi. astipulatur Rub. Ale. in citato consi. 21. nume. 3. qui illam firmauit ex pluribus Minusque probant citata ab eo Alexan. opi. suam ut latius hæc considerauit Crau. in memorato consi. iij. nu. 21. consequendo, At opi. Alex. ueram esse in actibus mere facultatis & uo-
19 luntatis nõ in necessarijs ut in collectis declarat is met Crau. ibi.

Non ab re, circa hanc octauam. q. aduertendum cẽseo quia
20 dubiam semper putaui, ob malam fidem quam habet debitor nam cum sciat se descriptum & ad collectas uocatum est in mala fide, & non perscribit, secundum canones qui nedum
21 In ecclesiastico sed imperiali dominio, & ubique cum de peccato agimus seruantur. c. fi. de prescrip. in regula mal. fidei possessor, ibique glo. & Doct. de reg. iur. in 6. approbat Rom. in consi. 275. quo ad primũ. nu. 9. quæ in præscriptione. 30. & 40. ann. necessaria
22 communiter à doctorib. existimatur, Alex. in con. 136. col. fi. uersi. item nedum in consi. 37. nu. 6. in 6. qui affirmat comunem hanc esse opi. & in conf. 97. col. ij. in
23 prin. in 4. latius in consi. 51. colum. 2. uersi. sed premissis in 5. quam comunem, etiam uidetur Deci. in consi. 266. col. fi & in consi. 267. col. pen. in 2. & in consi. 375. co. fi. co uol. Ale. in con. 167. nu. 7. in 6. Crau.
24 in consi. 134. nu. 15. hæc enim bona fides ex possessione. 40. ann præsumitur ut attestantur isti patres supra

citati At si appareat debitorem esse descriptum cumte
25 *neatur scire illud ius ad se pertinere nō excusatur ple ne Crau. traddit in cons. 116. nu. 6. latius in con. 146. in 1. & supra diximus, quia descriptus uocatus fuit ad collectas, quo fit ut se esse debitorem sciebat adde rub. Allexandri. in consi. 1 ::. nu. 14.*

26 Hac opi. comuni *præsuposita* Bal. *in consi. 257. in 2. & Ias. in consi. citatis errasse uidentur affirmantes im munitatem hac præscriptione. 40. ann. etiam à sciente se obligatum prescribi, quia data mala fide ob scientiā citatam non potest se tueri prescribens ut inquit* Bald. *sibi contrarius &* Ang. *in l. si quis emptionis. c. de præ scrip. 30. uel. 40. ann.* Fel. *in c. illud. co. 2. nu. 3. de præ*
27 *scrip. hæc mala fides spatio illius temporis nunquam purgatur late crau. in citato consi. 146. nu. 6.*

Eodem errore lapsum putamus Rub. Alex. *in citato con si. 21. nu. 3. qui oneri non leuandi sal. longissimo tem*
28 *pore prescribi cum mala fide affirmat, citatque* Alex. *&* Felin. *ut latius per eum at ex prædictis opinionē eius improbamus.*

Nec obijciatur illam sustentari fauore libertatis cum rem ad ius comune reducat quo bona sunt libera nosque li
29 *beri orti sumus absque onere aliquo iniuncto ut citat ipse.*

Quia dico opinionem nostram ueram esse tam in præscri benda libertate, quam seruitute ita indiferenter loquū tur Doct. supra citati nec quicquam Alex. *&* Feli. *in oppositum citati faciunt, quia ad præscribendum liber*
30 *tatem rusticæ seruitutis ann. x. sufficiunt absque bona*

fide & tit. in odium negligentis ipsi affirmant, & ap-
31 *probat, idem* Alex. *in consi. fi. in prin. in* 1. *At si ur ba-*
nam seruitutem perscribimus & illius libertatem bona
fides requiritur, ergo ex hisdem met uerbis illorum cõ
prehenditur opi. illius non ueram, quod ad præscriben
dum generaliter libertatem, bona fides, non exigatur,
maxime in longi, uel longissimi temporis præscriptio
ne, de qua tractamus, cum hi affirment bonam fidem
non requiri in præscriptione libertatis rusticæ seruitu
tis tantum in alijs uero data mala fide libertatem non
prescribi asseuerant.

Amp. 1. *Ampliatur hæc consi. in herede, qui in ius deffũ*
32 *cti successit etiam quod factum ignoret,* Alex. *in consi*
lio citato. 97. col. 1. in 4. in consi. 84. in 1. in consi. 3.
col. fi. in 5. in con. 51. col. 3. uersi. quinimmo. in eo uol.
in consi. 110. col. 3. uersi. secundo in 1. Deci. *qui alia*
congerit, & attestatur hanc esse opi. comunem in con-
si. 272. col. 5. & 6. in 2. Soci. Iu. *in consi. 63. nu. 15.*
cum sequen. in 2. hoc non procedit in prælato successo
re prelati motui qui in ius uniuersum sed in beneff.
quod ab instituente recognoscit succedit quia licet an-
tecessor malæ sit fidei, si is sit bonæ præscribit Abb. *c.*
grauis nu. 10. de resti. spoliat. nam illius uitium non af
ficit successorem.

Quæst. 9. Decidi potest 9. q. *Ex predictis de perscripto*
33 *in æstimo communis predia possidente & non allibra-*
ta cum dicatur immunis. Bar. *in l. titiæ textores in 2.*
not. cum quo omnes transeunt affirmat hunc immunẽ
esse, quia cum ex inspectione æstimi bona perscripta

34 non comperiuntur non cogitur pro illis onera subire huiusmodi enim libris Creditur, & maior fides illis ad
35 bibenda est quam testibus. l. census & monumenta ibi que Accur. ff. de prob. citat Cur. iu. alia in consi. 106. nu. 5. 6. & supra diximus libri enim per exploratores
36 à iudice demandatos inspiciuntur, quæ bona ibi sint perscripta & quæ non quorum relationi credendum
37 est, ut inquit cur. ibi. nu. 10. sicque collectas soluisse & non ex illorũ inspectione solutiones uerificẽtur. Barb.
38 in consi. 52. inter consi. Alex. col. 2. uersi. ubicunque in 4. si debitor descriptus non comperitur clare cõstat illum debitum non esse Cor. in d. consi. 268. nu. 21. in 4. Deci. in consi. 496. num. 8. in 3. finge aliquem duo
39 prædia poßidere unum allibratum pro quo subit onera alterum non pro quo non fuit exactus ex isto immunem esse credimus maxime ex taciturnitate uniuersita
40 tis, si pro descripto collectas acceptet. & pro alio non registrato non petierit describi in æstimo ut prosequitur Crau. in citato consi. nu. 4.

Huc usque uidimus, qui à iure comuni sint immunes superest ut discutiamus de immunitate ex priuilegio & qui illam concedere ualeant.

Quæst. x. Quero ergo an immunitas priuilegio concedi
41 ualeat ut quis ab oneribus collectarum, quæ per æs & solidum indicuntur subleuẽtur, rem dubiam reddit de
42 scriptio æstimi, bonorum alicuius, qui cum uniuersitate quasi contrahere censent de subeundo collectas ab ea indictas pro d. bonis cui ius est illi adeo quesitum, quod descriptus in uita uniuersitate ab illo recedere nõ

43 ualeret. Nec princeps concedens immunitatem si cum priuato contraxisset ab eo recedere nefas esset. l. de cõtractu. C. de rescin. uend c. 1. de probat cin, & ceteri not. in l. digna uox C. de leg. supra late firmauimus in 3. q. in 2. li ni. nu. 39. 40. quartæ partis imo de plenitudine potestatis contrauenire nequit ut inquit ibi Castr. ideo sicut directe contractum tollere non potest, ita nec per indirectum priuilegio immunitatis mediante ut inquit Deci. in consi. 48. col. 3. uersi. 4. ista consi. in 1. is enim habet uim legis. l. cæsar ubi Bar. ff. de publi. in l. ciuitas. ff. si cer. petat. in l pen. C. de don. inter uir. & uxor. & eius contractus dicitur bone fidei, teste. Bal. in ti. de pac. const. § si qua uero, Ias. in stit. de acti. § actionum in prin. maxime cum de iure uniuersitatis
44 agamus quod uti quæsito ex contractu tollere non potest, ut moder. affirmãt. in d. c. 1. de probat. eaque sunt
45 iurisgentium ut dominia. l. ex hoc iure. ff. de iusti & Iur. tolli ab eo nequeunt nisi cum causa quæ utilitatem publicã respiciat l. item si uerberatum. ff. de rei uend.
46 at maior causa uidetur utilitas publica ut quis ad functiones publicas pro predijs descriptis compellatur, cum eius & patriæ intersit ne ab illis exoneretur in preiuditium aliorum qui ob. immunitatẽ illam in plus grauarentur subeundo onera pro exempto, quod á Iure non conceditur. l. 1. c. ut null. ex uic. li. x. onus enim
47 quod in plures diuiditur facilius sustinetur arg. tex. c. fi. de concessi. preben. hæc ut supra diximus etiam ab Anch. considerantur in consi. 260. in questio.
48 Rursus hæc onera pietatem & personarum tuitionem

etiam miserabilium respiciunt, quia multoties indicuntur pro reparatione murorum castri, uel ciuitatis pontium & uiarum ut ab incursu hostium deffendantur, ut hi à territorio quod inuadunt & deuastant discedãt & similibus i quibus utilitas publica uersatur & à quibus nõ eximitur ecclesia ut diximus quæ alias est immunis ut latius hæc citat Anc.incõ.96.*super dicto dubio,*
49 *preponderatur.n .hec utilitas publica alteri utilitati publice ideo proferi debet.l.1.§.sunt autem qui putãt ff.nequid in flum.publi.affirmat.Ias.in l.1.nu.19.ff. solu.mat. simile dicemus de duabus presumptionibus*
50 *unam fortiorem uincere debiliorem ut noct.glos.in c. transmisse qui fili.sint.legit.*

His & alijs, quæ in contrarium citari possunt non obstan. opinionẽ cõtrariam de iure ueriorem esse existimo, & hanc, q.in duobus membris partiẽdam duximus in primo de immunitate ab inferioribus. data tractabimus, in 2.quid de concessa à supremo principe.

51 Quest.11. *Circa primum per inferiorem principẽ aut uniuersitatem à iure prohibitum est immunitatem ciui suo regulariter impartiri,l.uacuatis ibique* Bart, *c.de decur,lib.x.* Annotat *in l.ij.ff.de* Iure.*immu. citatur.l.1.C.de imu.nemi.conced. lib.x.sub nullitatis*
52 *pœna ut iquit* Bar.*in d.l.ij.hæc enim est regula á patribus nostris traddita teste* Alex.*in consi.*101.*co.3. uersi.nam regula est.in 1.Cur,Sen.in conf.27.nu.33. uersi sed inferior* Deci.*in d. c.que in ecclesiarum nu. 29.qui citat concordantes* Ias. *in consi.* 101. *nu.1.in 4.in consi.83.col.2.uersi.non obstat in 3.*Deci. *in cõ*

ſi.638.nu:10.in 4.Calc.in conſi.101.nu. 2.& hoc omnes admittunt ut inquit Cur.Iu.in conſ.60.nu.12.

Amp.1. Amplia ut nedum conceſsio ualeat uerum nec pa

53 ctio transactio, compromiſſum, ac laudum latum nec in uim pacti partium ue conſenſu firmari ualeat Cur. Iu.in conſi.60.nu.13.& ſupra diximus.

54 Lim.1. Quã plures à patribus noſtris citãtur limitationes in quibus immunitatem hanc conceſſam de iure ualidam eſſe affirmatur prima,eſt in preiuditium illorum,qui immunitati aſſenſere non fiſci uel alterius Ac cur.& Bar.teſtibus in d.l.uacuatis Calc.in citato conſi.101.col.ij;uerſi;& licet,Iaſ.conſi.101.col.ij. uerſ. prim.ſupra memorato citant.l.inter debitorã & l. epiſcopalia 2.pactum.ff.de pact.Rom.in conſi.252:pro deciſione in primo dubio

55 Hec limi.ita generaliter intellecta uidetur dubia quia Bar.in d.l.uacuatis in fi.declarat glo ibi in conceſsione non ſubditi,& in d.l ij. affirmat ciuitatem immunitatem ciui ſuo concedi probiberi licet alij de nouo uenienti ad habitandum concedatur in hiſdem terminis uidetur intelligendus Rom.in citato conſi.252.

56 Quapropter Alc.in conſi.30.col.4.uerſi.preterea il la gl.in 5.non approbauit glo in d.l.uacuatis ut generaliter comunitas ciui ſuo immunitatem dare ualeat niſi cum cauſa,ut quia de illa eſſet benemeritus, Quam opi.uidetur firmaſſe in conſi.101.in primo ubi inualida fuit immunites data illi qui ad collectas cogebatur per communitaem,expreſsius improbauit Abb.hanc deciſionem in c.ij.nu.16 18,21.uerſi;ex his infero de

Immu.

Immu. Eccles. comunitatem ciui suo immunitatem concedi non posse in sui uel superioris præiuditium, citat,
57 d.l.ij.ff.de iure immu.& Bar.ita firmasse ibi declarat nisi ex causa concederet ut Doctori medico, uel de ea benemerenti.l.1. C. de decur. lib. x.aut ciui nouello; quia his casibus ualida à iure censetur.d.l.ij,l. pen.ff. de decr.ab ord.facien. hanc opinionem uidetur etiam approbaße in c.accedentes de præscrip.col.3.uers.secundo.cau.& ibi Fel.nu.21.

58 Teneo limi.citatam, nec placet declaratio Abb. ita generaliter firmata quia non uideo cur.inferior, in sui præiuditium immunitatem dare non ualeat detrahendo ratam exempti si sibi est soluendum uel soluendo alteri dictam portionem, quia uidetur tex.in d.l. inter debitorem, ibique Accur. firmasse uidetur, & in d.l. episcopalia.§. pactum & in his terminis declarare uelle Accur.in d.l.uacuatis in uerbo uacuatis in præiuditiũ concedentis non fisci ualeat immunitas et melius & expresius firmatur in glo.fi.

Et in uilla consuluit Ang.in consi.227.punctus talis est. traddiderque Calc.& Ias.in citatis consi.101.& Io. And.in d.c.2.Specul.in tit.de cens.§.nunc dicendum, & per citata iura fuit de mente Rom.in citato consi. 252.quilibet pro ciue nouello opi.firmauerit, urget tamen ratio indiferenter citata quod pro oneribus nõ soluen.ualeat conuenire, etiam pro subdito, quo ad præiuditium pacifcentium, non fisci, uel alterius.

59 Non obstam ea quæ alicui Alex. in d. consi. 30.quia glo.expresse firmat uillam fabro concedendi immuni=

tatem potestatem habere soluẽdo pro eo ne alij in plus grauentur nec ibi requiritur constare de benemeritis, Nec obiciatur quod ratione eius exercitij immunis ille faber efficiatur quia uille benefaciebat, quia si hac ratione esset immunis glo.non exprimeret quam concedentes soluent pro eo ne alij grauentur, quia immunitas de iure ualeret simpliciter absque solutione aliqua illius partis uti concessa illi qui prodest uille ut infra in sequenti limitatione nu.65.firmabitur & si dicet quis Alex.citare aliam glo.in uerbo uacuatis dico illã probare quæstionem istam ut in præiuditium concedentiũ ualeat concessio eo maxime si cæteri in plus non grauẽtur alioquin si non releuentur cæteri fateor concessionem non ualere & isto causa forte saluari potest Abb. & Alex.quando cæteri grauarentur si ita intellexissent at quia præsuponunt concessione non ualere si de meritis non constat const.& quod illa glo. aliter non possit intelligi patet ut supra diximus quia præsuponendo præiuditium concedentis non requiritur causa meritorum quia cum causa. & absque consideratione illius præiuditij.

60 Nec obiecta d.cons.101.quicquam faciunt,quia commune rodigij impugnabat immunitatem ab eo concessam ratione magnæ lesionis, in casu nostro aliter est quia soluendo pro exempto non subest ratio cur ualida non sit de iure

Lim.2. 61 Et ex his 2.ellicitur limitatio ut inferior ciui nouello concedere immunitatem ualeat loquor semper de principe inferiori uel uniuersitate,aut comuni=

tate inferiori. Bar. in d. l uacuatis, & in citata. l. ij. firmauit immunitatem de iure ualidam, & Rom. in citato consi 252. redditur ratio ut hominibus respublica
62 repleatur cum eius intersit, ut sentit Rom. in con. 59. ad discutiendum, quam opi. firmat Alex. in con. 148. nu. 9. in 6. & in citato consi. 101. col. 1. & 2. & 3. uersic. & ideo, & in d. consi. 30. col. 3. uersic. 9. ad 3. in 5. Calc. in citato consi. 101. nu. 2. 3. Ias. in consi. 1. colu. 1. uersi. & per hoc in 1. Alia. ratio tradditur ab Alex. in citato consi. 101. col. 3. uersi. nec mirum quã uideam.

Lim. 3. Eo modo ad tertiam limitationem infertur, ut
63 Doctori & medico concessio immunitatis per inferiorem ualeat. l. 1. C. de decur. lib. x. Bart. in d. l. ij. uersi. sed quæro, & firmant Alex. Ias. Abb. Fellin. ac cæteri est relati in locis citatis, & hoc ratione specialitatis istis inferioribus â iure conceditur, ut inquit Accur. in l. 1. in uerbo cura. ubi Alex. firmat. c. de decret. decur. lib. x. ratio concessionis est quia ualde prosunt ciuitati
64 Videtur hæc immunitas superflua in his duobus cum à Iure cõmuni immunitatem nanciscantur ut supra diximus. q. 4. nu. 46. & q. 5. nume. 60. At non est uana quia citata supra sunt in legentibus scientiam. l. medicos. C. de medi. & professo. lib. x. hic in non docentibus actu, sed qui aliter prosunt ciuitati ideo dignum est ut immunitatem consequantur nisi consideremus nobilitatem ob quam immunes efficiuntur ut diximus, quia uaria esset concessio ex priuilegio At prodesse ualet Iura iuribus addendo.

habet iuris præsumptionem pro se.

19 Si principis confirmatio immunitatis ab inferiori datæ accedat, eam non infringi affirmamus.

22 Idem in approbatione legati de latere dicimus

23 Quempiam non eximi à collectis si per statutum aut literas decernatur. si eximatur cũ clausula. nõ obst. ualet. immunitas

24 Qui pecunias comunitati mutuat à collectis eximi potest contra Alber. rosac. usque ad 28.

26 Vsurarium non esse putamus qui comunitati pecunias mutuo concessit ut à collectis eximatur & numer. 27.

29 Ius municipale ciui nouello immunitatem dare potest.

30 Immunitatem à supremo principe dari nemo ambigit. & nu. 37.

31 Imperatorem ab imperando dici putamus. & nu. 32.

33 Summus Pontifex, & Papa idem est & a numa, uel Moise nomen accepisse creditur.

34 Imperator & Papa & gladij potestatem nacisceuntur sed diuersimode. & nu. 35.

36 Quis horum sit maior.

39 Deus lege principi subiecit, non contractus.

Quest. 14. 40 Ea quæ sunt iuris positiui principem sine causa ius questitum tollendi facultatem habere omnes concedunt & nu. 41.

42 Quam plura citantur extra à iure positiuo producta quæ auferre sine causa potest princeps & quæ sint usque ad nu. 54.

45 *In Galia feminæ in feudis succedunt.*


46 *Mulieres fortissime & uirilles, quales Mauia Venij. uxor. Amalasiunta Atalarici regis mater, Zeo nopea nobilis attestantur ueteres historia succederent in feudis, ob earum animum uiriles prudentiam & fortitudinem. & nu. 47. 48. 49.*

50 *Ioanna regina hæreditario iure in iurisdictione feudali successisse à patribus nostris tradditur.*

55 *Dominium à iure ciuilli quesitum sine causa tolli à principe plerique affirmauere alij uero contrarium asseuerarunt, quorum opi. uti ueriorem testantur nostrates ac approbant.*

56 *Quamquam princeps ius quesitum de iure ciuili recte tollere ualeat sine causa, tamen peccat.*

58 *Principem ex rectitudine rationis agere debere & non aliter Doctores testantur.*



Quæst. xij.



X prædictis occurit.q.quam incongruam non putamus, an de meritis
1 eorum; quibus est facta concessio con stare debeat, uel assertioni concedentis sit credendum. Bar. in l. si forte. ff. de Cast. pecul. uidetur affirmasse quod si sit generalis assertio meritorum in dispositione partium quæ à iure actum facere prohibentur ut pater & filius in potestate probanda sunt merita, quia libere disponere nequeunt & hoc etiam si nominatim merita exprimerentur. aliter dispositio de iure effectũ non sortitur, firmat Alex. in consi. 55. col. 2. uersicu. non obst. quod in d. donatione in 1. & talia ut inquit
2 Alex. quod digna sint remuneratione & competentia dispositioni, nec assertio gñalis meritorũ iuramẽto firmatur ut inquit Rub. Alex. in consil. 145. in fi. si ue-
3 ro sumus in dispositione quam partes libere possunt facere, uidelicet cum generali assertione meritorum ut attestatur Bar. in loco citato, & Deci. in con. 122. in 1. consi. 2. eo, in consi. 366. nu. 11. 12. in 2. in consi. 536. nu. 4. in 3. Socin. in consi. 84. nu. 7. in 3. Et inter extraneos affirmat Arnol. feno. de consuet. in tit. de feud. §. 17. col. 5. uersi. 18.
4 Contrarium uidetur asserere Bald. in l. si donatione c. de collat, quod expressio meritorum ẽt in spẽ dispositionem conualidet inter personas prohibitas & quæ a-

ctum libere facere nequeunt quam opi. approbauit So ci.in consi.295.in 2.& Rub.Alex.in consi.95. colu. fi.nu.14.& Ias.in consi.73.col.fi.in 3.cum qua uide tur transire.Cur.sen.in consi. 68.in prin. uideturque Bal.in loco citato Bar.in d.l si forte intelligetur quod loquatur de mentis generaliter,& nõ in spetie expres sis,cui assentit Ias.in cons.154.col.3.uersi.contra hoc apponitur in 2.comprobando opi.Bal. ut latius per il lum qui adducit ea quæ prius citauit Alex.pro Bal.in d.l.si donatione nu.10. adqȝ improbando illius opi. respondet, Deci.uero ibi nu.20.cum sequen. quamplu ra citat tres casus considerando & quo ad terminos nõ stros.ph.opi.Ale.per eum comprobata,ut etiam si me rita exprimerantur inter personas quæ libere dispone re nequeunt eorum probatio requiratur uiua ratione; quia fieret fraus legi,cum semper exprimerentur me

5 rita nominatim pro conualidatione dispõis quam ra tionem citat etiam Deci.in citato consi. 366. nu. 12.

Limi.1. Limitatur hæc quæst. nisi iuramentum interue

6 niret ubi in specie exprimuntur merita inter personas prohibitas quia actus ualet.Bal.in d.l.si donatione co 1.Alex.in consi.18.col. 2. uersic.quanto magis in 1. Ias.in citato consi.73. col. fi.secus si in genere expri merentur.quia non firmatur dispositio iuncto ut suprà diximus.citando Rub.Alex.in consi.145.in fi.

Quapropter inferendo ad terminos nostros, nedum meri ta in specie sunt exprimenda,uerum probanda quando immunitas conceditur ab uniuersitate, uel illius decu

7 rionibus,aut à principe inferiori qui libere actiuit ge

rere nequeant quia in publicis functionibus persoluen. equa debet esse inspectio ut inquit Anch.*in cons.* 389. *uisis col.*2.*ubi latius de hoc,& supra diximus nisi ob merita concedatur & affirmauit in terminis* Alex. *in consi.*101.*colu.*5.*uersi.& per hoc.in* 1. *in consi.*30. *col.*4.*uersi.praeterea in* 5.Ias.*in consi.*101.*col.*3.*uersi.nec huic funto in* 4.

Hanc *quaestionem dubiam esse existimo.Quia* Bar.*in l.ambitiosa col.pen.uersi.uisis,& examinatis.ff.de decret. ab ord.fac.affirmat quod in immunitate à decurioni-*
8 *bus ciuitatis concessa non requiritur probatio meritorum,sed illorum assertioni creditur cum ad illud officium non elliguntur nisi graues homines & ellecti cui assentit* Soci.*in consi.*84.*num.*7.*in* 3.& Ias. *in consi.* 101.*col.*4.*uer.*3.*adhuc in* 4.*approbat in cons.*257. *col.*7.*uersi.decimo in* 2.*Quod idem uerum esse putat*
9 *in iudice,et alia persona publica cũ pro istis.ff.ualde, praesumant secus in priuatis,actũ gerentibus cũ assertiõe meritorũ quia illa probari debẽt,ut iquit ipse i ci*
10 *tato consi.* 101.*in uersi.confirmatur tanto magis si assertio illorum esset geminata uersi. secundo Quapropter si in concesfione immunitatis merita in spetie ab eis nominarẽtur absque alia probatione robur obtinet*
11 *exemplo,& nedum haec uera sunt quo ad illorum praeiuditium sed & tertij.*

A*duerten censeo ad dicta* Ias.*in citato consi.* 227. *uersi. nono.qui affirmat huiusmodi assertioni credendum fo-*
12 *re plene quo ad damnum tertij,quia non recte sensisse putem, cum praesumptiue tantum credatur & non*

plene ut decidit Bar. i d. l. ambitiosa, ibi sed cõtra istos admittitur probatio in contrarium & in principe ut firmat Ias. stabiliuntur Anch. Castr. Cor. Cur. in deci. & alij citati per Crau. in consi. 135. colum. x. nu. 42. in 1. illius assertioni credi tantum in præiuditium tertij, & ita in casu isto in damnum non exẽptorum præsumptiue fides adhiberetur, Confirmat is opi. hanc uia
13 ua ratione, quia sequeretur, quod præiuditium per indirectum tertio resultaret, asserendo causam iustam & sui inspectione quod omnes negãt, huic opi. assentit ẽt is in consi. 171. col. 3. nu. ij plura citans, quæ non recenseam cum perspici ualeãt, & ita Deci. in con. 191. nu. 4. in 2. uelle intelligimus, & si hæc in principe uera sunt, magis in decurionibus sibi locum uẽdicat, hæc
14 consi. cum horum sit minor auctoritas quam illius, at in eorum damnum. credere plene pro assertionem meritorum probari quia Bal. in c edoceri col. 4. de præscri. & Sali. in l. filiæ. c. fam. hercis. hoc uidentur fir-
15 masse, dum decidunt patrem non conuenire donationi in filium in potestate constitutum collate & quamuis Alex. in l. si donatus. num. ij. C. de cole. improbet decis.
16 eorum, quia cum sit contra legem potuit per patrem contrauenire, eius tamen ratio non uidetur uera, cum non sit contra. l. sed præter legem, nam oritur naturalis obligatio etiam quod merita non exprimentur mi-
17 nusq; probetur, ut inquit Bar. in l. frater à fratre col. ultima. uersi. si uero donatus. ff. de cond. indeb. quæ Ias. in citato consi. 154. col. 4. uersi. quarto in 2. falli. deffendit.

Lim.2. Conclusionē supra citatam, quod assertioni non
18 credatur inter personas prohibitas, limitant maiores nostri, si assertio pro se præsumptionem iuris habeat, quia standum est quo ad tertij damnum, Sali. in l. si mater. C. de contrah. emp. & quia quamplura citat Crau. de antiq. temp. in 1. par. sectio. 3. nu. 69. & in 2. par. nu. 22. in assertione iudicis, ulterius non prosequar.
19 Et hanc immunitatem ab inferioribus impartitā nullum dubium pati credimus si confirmatio principis superioris accederet cum clausulis motus proprij, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis ut firmat Alex. in consi. 30. col. 3. versi. tamen in contrarium in 5. Ias. plene in citato consi. 101. col. 2. uersi. 3. respondetur in 4. nec quicquam in cōtrarium adducet tertius, Cor.
20 Perus. in consi. 83. nu. 16. in 4. At si in forma cōi cō
21 cederetur à principe confirmatio nil opitulatur exempto, ut firmat Anch. in consi. 389. uisis. nu. 5.
22 Eundem effectum confirmatio legati delatere faceret quia cum non sit de reseruatis principi, ut traddit in ancianis ciuitatis lombardiæ, & legati delatere. Alex. in consi. 1-8. nu. 8. in 6. Soci. in citato consi. 84. nu. 7. in 3. ualida censetur,

Amp. 1. Hæc ampliantur, ēt si decreta, aut literæ ema-
23 naßent quempiam non esse immunem à collectis sunt clausula non obst.

Quia si expost concedatur immunitas cum clausulas citatis, decreto & literis derogatum esse asserimus ut per plura firmauit Ias. in sepæ dicto consi. 101. col. 2. uersi. secundo respondeo in 4.

Lim.4. *Limitantur ea quæ supra conclusa sunt in 11.*
24 *q.ut uera sint in eo qui pecunias communitati mutuauit quia immunitas illi cōcessa de iure ualet, quicquid in contrarium asserit* Alber.*de rosate.in 2. par. stat. q.140.incip.an si ciuitas uel uilla,cui adheret parpa. in d.l.placet nu. 32. quia si licet benefacienti,& be-*
25 *nemeriti immunitatem á collectis concedere ut supra firmauimus curet huic concessio impartiri non ualet? hæc enim causa est iusta ad paciscendum super collectis,uel immunitatem donan.per ancianos uel ciuitatis decuriones ut firmauit* Guliel.*in* Specul.*in* Tit.*de usu. uersi.sed pone,á* Io.And.*ibi approbari, &* Anch.*in*
26 *consi.376.secundo col.2.uersi.facit etiam optime approbato á* Crau. *in consi.186.nu.7.uersi.* Amplius *dico nec obiciatur* Doct.*citatos disceptare an usurarius dici ualeat ille mutuās,at quæ cōuentio,uel immunitas super collectis nullum uerbum.*
27 *Quia cum citati patres concludant hunc non esse usurarium,præsuponunt conuentione ualere, quia si non cogeretur soluere collectas in uanum esset disceptare an usurarius uocetur,ideo cum usurarius uere non sit ex quo ad collectas non cogitur consi.ualet conuentio sicut hoc uitio ille caret,qui coacte mutuat comunitati indigenti pecunias singulo anno quinque pro contrario acceipiēt ut inquit* Abb.*in c. in ciuitate num. 8. de usur.federi.de sen.in consi.303.colu.4.uersi.ex premissis &* Crau.*in citato consi. 189. eo maxime quia concessio esset temporalis durante mutuo quæ facilius á iure sustinetur,quam si esset perpetua, sicut in ciui*

28 nouello ut immunitas ad tempus concessa fuit decidit Alex.in consi.101,col,3, uersi. & ea ratione in 1.& supra dictum fuit.

Et circa hoc,non omitto,quod per ius municipale, sicut
29 ex concessione decuriorum ciui nouella datur immunitas,& utrunque firmitatem obtinet Bar.in l. oës populi.in rep,in 4.q.3.q.prin. uersi. circa prædicta.ff.de iust.& iur,Bal.post Nicol.de mutina in l.si cum mihi ff.de donat, Alex.in citato consi.101.col. 1. uersi.idē tenet.Bal.Barba.in consi fi.inter consi.Ale.in 4, Ias. in consi.56.col.fi.in 1.Calca.in consi.101.nu.5.

Non obst.obiecta citata in primo membro,quia in fi. seq. q.respondebimus,ultra quod ex predictis respōsio clara colligitur.

30 Quæst.13. .secundum membrum deueniamus, quid de immunitate à supremo principe concessa,ut imperatore,qui super omnes est,& ab imperādo uoccatur eo quod exercitui imperat id enim nominis nemo conse-
31 quebatur,nisi re bene gesta atque aliquot militibus hostium cæsis teste Plinio lib. 7.cap. 26.laudes Pompei citante & à summo Pōtifice quem Papam appellamus est enim sacer magistratus. & difert à minori quē numa constituit sacraque ei omnia attribuit,ut non cellestes modo ceremonias,uerū iusta quoque funebria pla-
33 candosque manes edoceret liui.lib. 1. ab urb. cond.alij hoc nomen à Moise suscepisse affirmant quem summū sacerdotem fuisse dicunt Bal.in l.rescripta col, 2.uersi.papa.c.de praeci imper offerrem Deci.in con.602,
34 nu,12.in 4.uterque tamen imperium quod est pote-

stas gladij nanciscitur, non dico naturalis sed iuris puniē. facinoroso homines alciat. de uerb. signifi. lib. 4. pagi. 93. uers. sunt tamen. At hoc diuersimode a iure
35 *consideratur, quia Cæsar habitu, & actu gladij potestatem consequitur, Papa uero habitu tantum ut affirmāt*
36 *Abb. Felin. & alij in c. nouit. de iud. ubi quis eorum sit maior disceptatur Soci. in cons. 275. in causa fratrum col. 4. uer. preterea ēt in 2. & de ueritate tamen huius dicti uideatur Archiepiscopus Horen. in summa sua in 2. par. 3. par. princi. super Rub. de statu summo Pontifi.*

Reuertamur ergo ad. q. nō refricatur in dubiū quin princeps immunitatem concedere ualeat, quia is solus pro ut sibi libuerit dat & concedit cum clausula nō obst. tali lege ut stabiliunt Bar Bal. Ang. & Alex. in l. uacuatis. C. de decur. lib. x. Cin. & Bal. in l. nec damnosa col. 1. uers. iuxta hanc partem. C. de præci. imp. offer. cin. in l. fi. circa fi. C. si con. Ius. uel utili. publi. alias sine illa clausula non habet firmitatē cōcessio, ut per Doct. in locis citatis, & testatus est. Bald. in l. omnium. C. de uecti. & comi & Bart. in l. in fraudem. C. de anno. & trib. lib. x. diffusius à Ias. Tradditur in consi. 83. colu.
38 *fi. in 3. Ex quibus declarantur Bar. in l. 1. C. de decret decur. lib. x. & cæteri qui affirmant principem quem à collectis immunem facere posse, cum clausula prædicta & non aliter sentit si cum clausula. motus proprij immunitas concederet quæ illi clausulæ equiperatur Abb. post. lo. And. in c. 2. de imm. eccl. nu. 16. forte de iure concessio ualeret per prædicta. hoc tamen non fir*

mo & hanc conclusionem omnes fatentur esse ueram in præiuditium comunitatis & aliorum, quibus potuit princeps cum citata clausula præiudicare.

At huic quæstioni obstant citata supra in x.q.nu.41.cum
39 sequen.ius esse comunitati quæsitum, Ex quest contractu, quod à principe tolli non posse uidetur, quia ut inquit Bal.in c.1.de nat.feud.in prin.deus illi leges subiecit, tamen non contractus ex quibus obligatur adeo quod resilire nequeat approbat illud dictum. Iason.in consi.135.col.4.uersi.nec obst.in 2.

Quæst.14. Antequam hæc obiecta tollamus quæ distuli
40 mus in 16.q.uersi.ex supra firmatis nu.3.remouenda non alienum existimo imprimis pro maiori intelligentia discutere illam altam & profundam.q.an & quando princeps auffer ius & quod ius tertio quesitum ualeat cum causa & sine causa in qua patres nostri inter se discitiētes uaria censer breuiter tamen quam postero illam explicabo.

41 Veram iuris ressolutionem testantur hi. quod in his quæ sunt iuris positiui princeps habet latas habenas, quia sine causa liberam habet disponendi, corigendi, & immutandi potestatem.c.proposuit de concessi. præb. Io.de Ana.in consi.8 uiso nu.4.ibique Bologni. in ad di.Deci.in c quæ in ecclisiarum post Abb.& alios nu. 36.& 49.de consti.uersi.superest.& nu.41. Abb. in consi.77.in quest.quæ col.2.uersi.sed his in 2.cur.
42 Iu.in consi.1.nu.18.& quamplura traddunt ex citati patres puta si actiões quas is inuenit aufferat, Abb. ibi. Alex.in consi.9.col.9.uersi.non obst.etiam in 5.

præ-

præscriptionemque & sententiam, secundum Abb. in
43 *consi. citato & Alex. in consi. 94. col. 2. uersi. nec in 2. in consi. 123. in fi. in consi. 87. col. fi. uersi. non obst. eo uol. Crau. plene in consi. 135. nu. 22. in 1. & licet Alex. in consi. 16. col. pen. in 5. asserat. Quo ad præscriptionem posse principem cum causa in dānum tertij insertis clausulis ex certa sciētia & de plenitudine potestatis, nō assertiue hoc affirmat, quia loquitur per uerbum saltem, uel & 2. ita in casu suo sic erat de facto, quia ille clausule comperiebantur inserte, non tamen infert quod de necessitate requirantur, similiter*
44 *si habilitat feminam quo ad succedē. in feudo, quæ per consuetudinē expulsa reperitur, illam ad ius comune. quo admittitur reducendo Bru. asten. in con. 1. Deci. in cons. 269. in cons. 390. in 2. in consi. nu. 498. nu. 24. in consi. 557. nu. 3. in 3. Cur. Iu. in con. 1. nu. 23. 24.*
45 *in consi. 138. nu. 4. 5. Hæc apud galos non seruantur cum feminæ ex more in feudis succedant, ut inquit Iac. de Belui. And. de Iser. & Alciat. in §. sed quia que fui. 1. cau. bene. ami. cur. Iu. in trac. de feud. in 3ª par. li=*
46 *mi. 8. Quinimo fortißime ac uiriles feminæ in eis succederent, Quales plutar. in libr. de declar. mul. ac ualer. maximus. & paßim etiam ueteres historiæ reffe=*
47 *runt, quibus non indigna est, quæ ænnumeretur Mauia tenij uxor, quam uiro mortuo pharnabazus dignam iudicauit quæ imperaret eā scribit zenephon rerum grecarum lib. 3. militasse cum Pharnabasso contra medas Episildas & ab illo ob insignem fortitudinem magis affectam honoribus, ita ut consilijs secretioribus adhibe=*

48 *retur, his quoque annumerabitur* Amalaſſunta Atala-*rici regis Gotiorum mater, qua prudentia, & uirtute precellentem uirilem præſetuliſſe animum teſtatur* Procopius *lib. 5. qui & 1. eſt* Belli. Gotici, *talis fe*
49 *cit* Teopena *nobilis* Tit. liui. Elog. 4. *quæ uetita* Phil*lipi. macedonum regis libidinem ſe & liberos intere-mit hæc* Arnol. Ferr. *de conſuet. in Tit. de feud 17. ar-gumentó, §. 17. ac quamplures aliæ, quibus in muliebri corpore non deffuit uirilis animus ac omni laude di-gniſsimus. ut* Zonobia *orientis* Regina, Panteſilea, & *& uxor* Mitridatis, *reffert* Cur. *iu. de feud. in 3. par. 7. limi. nu. 9. at quid eſternis & antiquis egemus hi-*
50 *ſtorijs cum apud nos compertum eſt* Reginā Ioannā *in Iuriſdictione feudali hæreditario Iure ſucceſsiſſe, ut teſtantur* Hoſt. *imol. &* Panormi. *in c. dilecti de arb.*
51 *de filio adoptato in præiuditium agnatorum ad feuda quod ius querendum uenit tenore inueſtituræ facilius tollitur* Cur. Iu, *in conſi. 138. nu. 4. 5. 6.* Goz. *in conſi. 9. nu. 51.* Crau. *in conſi. 144. nu. 18. & in citato conſi.*
52 *135. nu. 7. hi legitimam quæ à iure ciuili orta eſt au-ferret.* Guid. Pap. *in conſi. 65. col. 4. uerſi. quod autem poſsit & in conſi. 244. pro deciſione in fi. ſi diſſenſio nem à iure ciuili productam, quæ cōpetit alicui* Afflict.
53 Decis. *391. nu. 4. item litimat quēpiam ad feuda quia non tolit alicui Ius, ſed obſtaculum remouet* Cur. Iu. *in conſi. 1. num. 22. nec poteſt aliquis tertius conqueri,* Caſſ. *in conſi. 66. col. pen. uerſi. & ſi princeps nu. 63.* Cur. Iu. *in conſ. 157. nu. 18 19. Ius adeundi agnatis de*
54 *latum tollet princeps quod a iure ciuili ortum habuit*


Bar. in l. ex hoc. Iur. ff. de Iur. & iusti. etiam quod hereditatem adhiuerint, ut tradit Alex. in consi. 2. col. 6. uer. sed si esset addita in r. qui multa citat, secus si dominium illis perfecte quesitum foret, quod de iure est gentium. d. l. ex hoc Iure, quia id sine causa non auferatur. l. si l. rescripta. C. si contra ius uel util. publi. ibiq; not. & infra dicemus latius.

Opi. hanc sectati sunt Cur. Iu. in citato consi. 157. nu. 18. Goz. in consi. 41. nu. 12. Soci. in consi. 63. nu. 16. & in consi. 120. nu. 11. 12. in 3. ubi plenius loquitur.

55 Et licet maiores nostri in hoc uariet an dominium de iure ciuili quæsitum ex quo est iuris gentium quamquã modus acquisitionis à iure ciuili ortũ habuerit, à principe tolli ualeat sine causa uel non, quamplures affirmatiuam partem firmauerint, alij cõtrariã sectati sint quas opi. late reffert Crau. in citato consi. 135. nu. 22. & qui opi. primam affirmarunt, Decis. Castr. in consi. 178. donatio. col. 2. 1 in, illam tutauerunt, at de eo nõ est curandum, ut inquit ille nu. 20. cum alibi contrarium dixerit uel saltem anceps fuerit in consi. 34. super eo colu. pen. in 2. Rursus qui hanc partem approbant, ut Abb. Soci. Deci. & alij quos ipse citat contrarij sibi ipsis extiterunt, Negatiuam partem esse comunem attestatur ipse in consi. 103. nu. 3. 15. in con. 172. nu. 3. & de antiq. tem. in 1. par. q. 1. nu. 51.

56 Iccirco ut concludamus, ea quæ sunt iuris positiui sine causa à principe tolluntur, Abb. Felin. Deci. & alij in d. c. quæ in Ecclesiarum nu. 36. & licet de iure procedat, quod non ualeat ab eo factum improbari, peccat ta

men is ſi ſine cauſa agat, ut inquit Ale. *in citato conſi.*
57 2.*uerſi.dicitur* Paul. *quia ex rectitudine rationabili*
58 *debet agere* Guid. Pap.*in conſi.* 195.*col.fi.quamplu-*
ra cumulat Crau.*de anti.temp.in* 1.*par.* q. 1.*nu.*38.
& in 4 *par.ſecti.*1.*nu.*38.*de poteſtate principis cir*
ca Ius *poſitiuum.*



Quæst. 15.



A quæ sunt iuris gentium à principe tolli sine causa nonulli affirmauere nu. 1.
Plenitudini potestatis nil resistit quia nulli necessitati est subiecta nu. 2. 3.
Princeps est supra & contra Ius & est sacrilegium de illius potentia disceptare nu. 4. 5. 6.
Ius gentium, aut dominium quæsitum alteri sine causa tolli à principe à Iure prohibetur ut stabiliunt plerique nostrates nu. 7.
Hæc opi. in dominio quesita, dure, & non conditionaliter uera est nu. 8.
Et procedit in unoque dominio tã directo quã utili nu. 9.
In auferendo dominium cum causa, utilitatem publicam respiciat nu. 10.
Hanc opi. non procedere nisi soluto pretio patres nostri testantur nu. 11.
Et uẽdicat locum si directe id aufert princeps secus si per obliquum per uiam. l generalis nu. 12.
Vanum est disceptare an princeps sine causa aufere possit dominium quesitum tertio si pretium uenit soluendum nu. 13.
Causam non exprimi à principe in his quæ sunt iuris positiui admittunt maiores nostri, secus in his quæ sunt Iuris gentium nu. 14. 15.
Si aliquo modo causa imaginari põt eius expressio non re

quiritur si iusta & legitima fuerit.nu.16.17.18.
Per expressionem cãæ actus conualidatur, quo ad iuris tan tum præsumptionem non plenam probationem secundum comunem opinionem nu.19.24.
Causa non præsumitur in ablatione dominij gentium quæsiti contra Alex.& Goz.& Ias.nu.20.21.22.
Clausula motus proprij, non operatur ad incognita principi.nu.23.
Si princeps causa fuit acquisitionis illud dominiũ sine causa auferre tollere põt ut aliqui affirmãt nu.25.29
Vt si est ex donatione eius quæsitum.nu.25.
Ex prescriptione & sñia procedit, & usucapione nu.26.
Eo modo si actionem auferre uellet sine causa illas aufert, & priuilegia à se concessa.nu.27.
Quod de priuilegio diximus ingratis concesso uerum putamus, secus si dato pretio quia est irreuocabile, nu.28.
Causa acquisitionis dominij est de iure ciuili, & sine causa à principe aufertur nu.30.
Dominium quod accessorie uenit ad accquisitionẽ absque causa aufertur à principe nu.31.
Quæ directe tolli nequeunt, per indirectum tolli prohibẽtur nu.34.
Hanc regulam ueram existimant Doctores quando actus uenit uti principalis ad alterum, secus si in consequentiam nu.35.
De uolontate principis, quod dominium tollere uoluerit dicitur apparere per clausulas de plenitudine potestatis ex certa scientia & non obstan. ut non nulli affir=

mant nu.36.

Clausula ex certa scientia habet uim expreßionis uerborum nu.37.

Per citatas clausulas quod ius tertio quesitum nō tollatur à principe nisi aliter de illo expresserit hanc opinionem ueriorem putamus nu.38.usque ad nu 52.

Citatæ clausulæ sunt quasi paripotent. numero 38. 39.41.

Clausula de plenitudine potestatis alicuius sub se continet nu.40.

Clausulæ memoratæ ad incognita principi non extenduntur nu.42.48.

A pricipe debet expresio iure tertij specialiter fieri alias si generaliter exprimatur de inualido uel paruo iudicatur nu.44.

Ius tertij à principe expressum censetur si de illo apparet aliquomodo nominatio in actu.nu.45.

Si compertum sit principem de actu super quo disponit bene informatum fore clausulæ citatæ effectum operātur & uidetur iuri quæsito derrogasse nu.46.

Informatum principem presumimus ex narratione facti per eum citata cum tenore in literis inserto nume.49.

Et si comperiatur principem aliter cogitasse de illo iure illi derogatum censetur ui clausularum citatarum . nu.50.

Quod de præiuditio asserimus de paruo etiā intelligimus in quo omnia citata sibi locum uendicant. nu. 51.


Citatæ clausulæ non operant effectum si non constat prin-

cipem causa cognita ægisse nu. 52.

Prætium à principe non datur pro iuri quæsito ablato, qñ is per uiam l. generalis id tolleret nu. 53.

Secus si particulariter procederet aufferen. illud Ius quia ad pretium tenet ita comuniter recipiunt. nu 30.

Hoc ultimum putamus non esse uerum quo ad non subditos quos. l. generaliter non ligat. nu. 54.



Quæst. 15. nu. 1.



Aiorem hæsitationem traddunt, patres nostri circa ius gentiũ, & ab eo inuenta, Et hi uaria dixere inter se dissitientes adeo quod in immenso pelago per qd' nauigamus emergi dubitamus firmant non nulli sine causa cum clausula de plenitudine potestatis principẽ dominium quesitum tollere & contrarium asserentes mentiuntur, ut inquit Ang. in l. item si uberatum. §. 1. ff. de rei uend. & An. eum qui plures hanc opi. dixere Io. And. in c. 1. de caus. poss. & propriet. hosti. & Io. Andr. in c. in nostra, de procur. Butri. in c. cum olim de re iud. Bal. in l. nec causas. C. de appell. in l. fi. C. de funct. & liti. Expens. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iu. in l. 2. C. quo. & quando. iud. & idem Ang. in l. 2. C. de quad. præscrip. Barb. in consi. 64. col. pen. in 4. Ias. in consi. 227. col 9. uersi. xij. in consi. 236. col ij. uersi. confirmare in 2. in consi. 107. col. 2. uersi. planum in 4. ubique Decis. Ang. approbans, & consuluit Alber. de rosate. in ciuitate pergami, ut refert. Castr. in l. quoties. C. de præci. Imp. offer. quamplura citat Sicul. in d. c. quæ in ecclesiarum col. pen. de consti. Deci. in consi. 191. nu. 4. & in consi. 269. nu. 7. in 2. sectatus est opi. citatam.

2 Ratio citari potest, quia plenitudini potestatis nil rest

*stit si libet licet.l.princeps.ff de leg.*Bal.*in c.1.colu. 11.de constituti.huic plenitudini nemo contradicit cũ nulli necessitati sit subiecta nullisque publicis regulis*
3 *limitata ut inquit* Bal.*in l.2.col.7.C.de ser & aqu.est enim super ius princeps & de plenitudine potestatis, supra, & contra ius disponere potest. c. proposuit de*
4 *concessi:præben.est.l.animata in terris,ut fatetur glo. in §.pen.in auct.de consul.& in l.& quia.ff.de iurisdic.om.Iud.nec ei dici potest cur ita facis* Bal.*in præ*
5 *lud.feud.car.pen.& in l.si.col.1.C.senten.rescin.non poss.& de illius potentia sacrilegium est disceptare l.*
6 *sacrilegij.C.de crimi.sacrileg.*Nimirum *glo.si cũ clausula supra citata potest subdito dominium quesitum sine causa aufferre*
7 Contrariam *partem,& de iure ueriorem plerique affirmarunt sine causa.tolli hoc dominium quesitum alteri principem prohiberi cum causa uero iusta concedi* Io.*de* Ana.*in consi.81.nu* 4.Rom.*in cons.*310.*in casu proposito,* Abb.*in consi.77. in questione. quæ col. 2.in 2.*Soci.*in consi.266.col.17.uersi.sed præmissis, in consi.164.col.7.uersi quintus casus in 2. in consi. 120.col.pen.nu.14.uer.sextus & ultimus.in 4.*Cur. Iu. *in consi.primo nu.primo in consi.138.nu. quinto asserens comuniter recipi, quam comunem opinionem testatur.* Fulg. *in consi. 61.domina Catherina col.3.uersi.4.quia* Ratum,& Feli.*in c.quæ in ecclesiarum nu.54.de const.&* Deci.*nu.26.*Bal. *in consi.401.super eo nu.2.in 4. cur.sen.in consi.66. colu. 7.8.*Castr.*in consi.317.uiso & examinato colu. pen.*

uersi. his non obst. in 1. Alex. in consi. 101. col. 5. uersi. que superior in 1. in consi. 189. col. 1. & 4. uersi. ad tertium, & in con. 215 col. 4. uersi. secũdo & uersi. pro hoc in 2. Ias. in consi. 235. col. 7. uersi. undecimo facit, & in consi. 227. col. 9. uersi. tertiodecimo in 2. Deci. in consi. 271. nu. 6. in consi. 361. nu. 8. in consi. 269. nu. 7. in consi. 390. nu. 10. in consi. 357. nu. 5. 6. in 2. In consi. 520. nu. 4. 5. in consi. 588. num. 13. in 3. in consi. 606. nu. 8. in consi. 689. nu. 13. in 4. Gozi. in consi. 5. nu. 18. 19. 21. in consi. 9. nu. 48. 49. Crau. in consi. 5. nu. 5. in consi. 7. nu. 10. in consi. 135. nu. 7. 19. 20. 27. & de anti. temp. in 1. par. q. 1. nu 51. ubi latissiume, ex quibus citatis cuipiam clare constat, hanc esse comunem opi.

8 Quam ueram testatur Soc. Iu. in cons. 94. nu. 17. in 2. in dominio quesito & actu puro, secus si is erat conditionalis, & nedum in directo hæc opi. uerificatur, ue-
9 rum & in utili dominio, ut inquit Alex. in consi. 11. nu. 6. in 6. & Deci. in consi. citato. 606. nu. 8. causa autẽ in principe consideratur quæ utilitatem publicam re-
10 spiciat, ut pro bono pacis, pro euitandis scandalis ut asserit Ale. in consi. 136. col. fi. in 1. & tradditur per Doct. supra citatos casus speciales citat Guid. Pap. in consi. 195. in causa col. 2. uersi. 2. quia, alios citat afflict. Decis. 361. nu. 5. 6. hãc opi. intelligunt Doct. dũ
11 modo precium traddatur illi cui dominium rei aufertur, ut inquit Arch. in c. principalem. 9. q. 3. Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum, ubi quamplura congerit nu. 41. & Deci. nu. 26. & in consi. 520. nu. 10. in 3. Ias. in

const.1.col.8.uersi.nono,& in consi.133.col.8.uer. nono,& in consi.133.col.8.uersi.undecimo in 1.Soc. in consi.120. nu.11. in 3. qui concordantes citant,

12 Et ueram illam affirmant citati patres quando per directum tollitur à principe dominium, alioquin si per uiam legis generalis, Anch.in consi.351. pro intelligentia col.fi.aut illius culpa eueneret, Deci.in citato. c.quæ in Ecclesiarum nu.26.& in consi.520.nu.10. in 3.de hoc latius infra nu.53.dicetur.

13 Et hac quæstione pro uera existēte quod princeps tollat ius quesitū sine causa aut cum causa differentiā nō inuenio, cum ob pretium obligetur quo fit,ut Ang.in citata lege,item si uerberatum.§.1.& sequaces saluari ualeant,cum utroque casu non inferratur damnum illi cui dominium aufertur ut considerat Deci.in d.c. quæ in ecclesiarum nu.41.

14 Oritur ex prædictis.q.an causa exprimatur à principe uel in eo præsumatur, Alex.in consi.2.col.fi. in 1. fatetur causam in his quæ sunt iuris positiui semper præsumi approbat Ias.in consi.233. qui concordantes adducit col.fi.in 2.Cur.sen.in consi.66.nu.73.col.7. latissime per crau.in citato consi.135.nu.41.ubi quā plura cumulat,uerum de hoc querere uanum existimo si pretium à principe uenit soluendum ut dictum est

15 At si ea quæ iuris gentium concernunt consideramus causam ab eo exprimi opportere & quidam iustam utilitatem publicam respicientem, testatur Soci.in consi. 4.nu.5.& in consi.120.nu.12.in 3. in consi.260. col.pen.uers.aliquando & ;in 2.fulg.in d.con.61.

Deci.in consi. 357.*nu.* 6. Crau.*Latius in citato consi.* 135.

16 Limi. 1. *Hæc opi.limitatur quando causa aliquo modo imaginari ualet quia eius expreßio non requiritur, & tunc pro actu principis est præsumendum*, Soci.*in citato consi.*266.*col.pen.uersi.aliquando &* 2. Cur. *sen.in consi.*66.*nu.*7.*nu.*74.*uersi.& istud, in consi.* 20.*col.*4.*nu.*17.*uersi.quinto respondeo & col.*5.*nu.* 21.*& in consi.*50.*col.*77.*nu.*410. Cur. Iu.*in consi.* 170.*nu.*23.*Ias.in consi.*233.*in fi.in* 2.Soci.Iu.*in consi.*65.*nu.*8.*in* 2.Goz.*in consi.*5.*nu.*19. Deci.*tamen*
17 *in citato.c.quæ in* Ecclesiarum, *& an eum imol.in c. concupiscentiam col.*11.*uersi.extra glo.de consti. hanc opi.improbant, quia semper aliqua causa posset imaginari ut per eos latius, at cum prima opi.sit comunis ut patet ex prædictis de eorum opi.non est curandum, nec quicquam facit obiectum, nam si ex uerisimili cau*
18 *sa & iusta agat princeps, nullaque alia ualet imaginari ex illa principem egisse dicemus, nec alia iustificatio requiritur ut asserunt* Cur.*sen.in d.consi.*20. *nu.*21. *cæteriq; supra citati, nec uerum putamus causam semper imaginari quia datur instantia in casibus quibus consuluerunt* Soc.Sen.*et* Soc.Iu. *ac cæteri tuentes opi. hanc qui asserunt in illis casibus nullam posse immaginari ergo non semper imaginatur, ut fatetur* Imol. *&*
19 Deci. *declaramus illam quæstionem causam non iustificari expressam à principe, & quidem iustam, ueram esse quo ad præsumptionem duntaxat, non plenam probationem, ob quam onus probandi contrarium in ad-*

uersam partem transferit testatur Crau. qui hoc latius persequitur, in citato consi. 135. nu. 42. quia si plena induceretur probatio illius assertioni fides adhiberetur contra ea quæ citata sunt supra in prima lim. xij. q. nu. 12. 13. 14.

20 *Ex quibus uidetur posse dici, Alex. in d. consi. 101. colu. 6. in 1. non recte sensisse, quod dominium ex contractu quæsitum tolli à principe ualeat cum causa, quæ in eo presumatur à qua opi. non uidetur reccedere in consi. 97. col. fi. in 3. & in consi. 203. nu. 11. & in consi. 224. nu. 6. 7. in 6. Quia non præsumimus causam nisi quando alia imaginari non ualet, in quo casu Ale. non ita uelle censemus in eo errore lapsus est Goz. in consi. 5. nu. 19. & in consi. 41. nu. 13. quod clausula mo*
21 *tus proprij in principe causam præsumi operant, immemor contrarium firmasse in consi. 14. nu. 18. principem tertio præiudicasse nole per citatam clausulam nisi aliter de præiuditio loqueretur, etiã quod paruum*
22 *esset, cui de paruitate preiuditij assentit Iaso. in consi. 213. nu. 6 uersi. ad istud in 2. & Deci. in d. c. quæ in Ecclesiarum nu. 35. hanc opinionem de citata clausula quod causæ expressionem operetur firmauit Ias. in cõsi. 105. col. pen. uersi. nec huic nu. 4. in 1. Cuius contrarium attestatur in consi. 233. col. 3. uersi. 4. facit, & col. fi. in 2. causam non presumi in principe in his quæ sunt iuris gentium agendo cum clausula motus proprij cum in his quæ à principe ignorare presumuntur, & illi sunt incognita effectum non sortitur, quod aprobat Cur. Iu. in consi. 142. nu. 8. 9. Soci. in consi. 120. nu.*

9.10.in 3.Deci.in consi.689.nu.11.12. in 4.

24 Et licet ut firmauimus supra nu.19.causam à princi pe expressam quo ad præsumptionem effectum sortiri,non defficiunt qui contrarium sensere ut Cur. Sen. in consi.66.nu.73.col.7.uersi.& ideo dux,quod probatio in contrarium non admittatur,Quam opinionem approbasse uidetur Soci.in consi.87.col.8. nu.20.in 3.Goz.in consi.5.nu.19.Afflict.Decis.305.nu.15. opinionem contrariam uti ueriorem,& comunem admittunt alij Doct.& quam firmauit idem Soci. in consi.120.nu.12.in 3.& in consi.266.col.pen.uers.& ad obiectionem in 2.latius Crau.in consi. citato & de antiq.temp.in 1.par.q.1.nu.14.cum sequen.

2.Lim.Limitant nostrates opi.quod sine causa ius quæsi-
25 tum à principe tolli non ualeat,nõ procedetur si princeps fuit causa acquisitionis ut si rem donauit titio reuocat donationem sibi quæsitam perfecte absque causa citatur Ang.in l.antia clensium.ff. de priuileg. Cred. Bal.in l.qui se primis colu.pen.C.und.lib.ubi reuocat princeps suum priuilegium, etiam quod ius sit quæsitum. Ang.approbat Goz.in consi.8. nu. 38. in consi. 5.nu.17.ibi in dominio alicui quesito ex scientia,præ
26 scriptione,uel usucapione Deci.in con. 252.in fi. in 2.in consi.498.nu.29.in 3.Cur.Iu.in con.1.nu.20. in conf.138.nu.5.6.in consi.157.nu.18. Qui asserit hanc limitationem dubiam reddi quãdo dominium fuit perfecte quesitum,attamẽ illam firmauit in con.174. nu.13.& ueram ressolutionem testatus est Cassa.in cõsi.66.col.pe.nu.60.uersi.contrariam tamen opinio-

nem, nam cum sit acquisitionis causa princeps, nil ob stat quin ad sui libitum reuocare ualeat, cui opi. acce= dere uidetur Alex. in cons. 2. col. pen. uers. nec ad hoc obst. in 1. ubi princeps aufer actionem ex contractibus descen. licet ipsos contractus sine causa non tollat licet hoc uerum sit in dominio iure ciuili quesito ut sunt a= ctiones, at in priuilegio à se concesso firmat in consi.
27 1. uol. 6. uersi. & pro hoc patet, & in cons. 215. col. 4. uersi. secundo nam 2. Decis in d. c. quæ in ecclesia= rum nu. 37. citat Ang. in d. l. antiosensium
28 Quod sane intelligas quando sine prætio & gratis cō ceditur, alias si prætio accepto quia in contractum trā siuit est irreuocabile, & dolum comitteret princeps & de fide rupta argueretur nec qui secum cōtraheret in ueniret. ut per plura concludit Deci. in cons. 286. nu. 4. & in cons. 292. nu. 7. in 2. Ias. in cons. 1. col. uersi. 3. principaliter in 1. de hoc plene dicemus infra in 5. par.
29 Et per hanc limitationem quæ comunis uidetur altera magis comunis destruitur, quam supra cittauimus. q. 14. nu. 55. quod dominium à iure ciuili quesitum sine causa tolli nequeat à principe, quia cū illius facto pro cesserit sola eius uoluntate adimitur, ut decidit Ang. in l. lucius. ff. de euict. ab omnibus citatus, hæc opi. uiua ratione comprobatur, quia licet dominium sit de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de Iust. & Iu. quod sine cau=
30 sa tolli nequeat ut omnes communiter testantur tamen causa illius accquisitionis quæ est de iure ciuili ut om= nes admittunt aufert princeps sola eius uolontate, ideo

uti

uti principalis est consideranda non dominium, quod uenit in consequentiam, Bal. authore in l. fi. col. fi. uer
31 *fi. pone. C. senten. rescin. non pos. ubi sublata senten- tia per principis Rescriptum, & dominium quod uti accessorium cõsecutiue uenit sublatum censetur, quam rationem citat* Deci. *in d. c. que in ecclesiarum nu. 36. & tacito authore dixit* Goz. *in consi. 85. nu. 15. illam que in primis ad duxisse uidetur* Alex. *in d. consi. 2. co lum. pen. uersi. nec ad hoc obst. in 1. remouendo obie- ctum de* Testamento *quod à principe sine causa tolli nequit cum à Iure gentium ortum habeat asserit actio*
32 *nes ex eo descendentes, ac ex omnibus contractibus quæ sunt de iure ciuili sine causa tolli ab eo,* Quo *fit ut auferrẽdo ius agendi ex testamẽto tollat ius quesitũ ex eo, licet accquisitio à diuino iure nascatur.*
33 *Hæc ratio non satisfacit, quia sequeretur quod domi- nium semper per indirectum tolleretur auferendo ac- equisitionis causam quod à iure prohiberi uidetur. c. cum qui dona. de reg. iu. in 6. l. scireoportet. §. materia ff. de tuto & curat. dat. ab his, traddit* Deci. *in consil.*
34 *48. col. 3. uersi. unde in 1. perque iura asserit princi- pem per indirectum priuilegia non reuoccare quando directe nequit ne per indirectum liceat, quod de iure directe prohibetur.*

Rursus si auferendo causam acquisitionis dominium subla tum foret, nunquam casus contingeret in quo opi. co- munis uerificari posset licet quod princeps sine causa non potest dominium quesitum aufferre de iure ciulli, quia resultaret semper extinctio dominij tollendo eius

Q

causam,& frustra foret disceptatio illius opi.hoc idem in dominio quesito. iuregentium procederet tollendo ius agendi cum sublatum dominium remaneret.

35 His obiectis remotis ratio illa de iure uera uidetur & ad obiectum regulæ cum qui dona uiã non est uerum, quando unus actus uenit in alterius consequentiam sic uenit dominium ad causam acquisitionis ut diximus supra nu.31.declarat illam regulã Alex.in con.151. nu.12.in 7.in consi.220.nu.8.in 6.

Minusq; aliud officit, quia nego assumptum finge non per uiã acquisitionis principem tollere dominium per indirectum,sed directe cum causa non ne iste est casus in quo uerificatur.opi.cumunis? certe sic.ergo coruit obiectum,cum detur instãtia in actu que agit princeps id cum causa auferrendo,pro ut potest ut diximus, et adhuc uiuit illa ratio efficax ad quam hactenus non uidi per quempiam responsum.

Quæst.16.Occurit alia.q.circa predicta an apparere de
36 beat de uoluntate principis,aliter expressa quam per clausulas ex certa scientia & de plenitudine potestatis uel non obstam uel satis expressa sit illius mens Ex ui. d.clausularum,ut uellit ius tertio quesitũ aufere, Ana. in consi.81.uiso.nu.4.& Bologni. ibi concludunt per illas expresse apparere de uoluntate principis quod ius tertio quesitum uellit aufere approbat hanc opinionẽ Alex.in consi.215.col.5.uersi. sexto confirmatur in 2.in consi.34.col.pen.uersi.non obst.in 4. qui equipe
37 rat clausulam ex certa scientia expressioni uerborum & in terminis firmat in con.92.nu.34.35.in 6.trad

dit. Deci. in consi. 191. nu. 3. 4. in 1. in consi. 269. nu. 11. 12. in consi. 271. nu. 8. 9. in 4. in consi. 498. nu. 25. 26. in 3. in consi. 624. nu. 11. in 4. Cur. Iu. in con. 157. nu. 21. Goz. in consi. 92. col. fi. nu. 21. 22. Adde Castr. in consi. 178. donatio. puta. col. 11. uersi. circa prædicta in 1. & de clausula de plenitudine potestatis Goz. in consi. 5. nu. 25. 26.

Opi. contrariam firmat compost. in c. causamq; de rescriptus quem approbat Alexan. in consi. 11. nu. 4. in 6.
38 quod per clausulam nõ obst. ius quesitũ alteri nõ tollatur, & idem asserit de alijs clausulis æquipolentibus, ut si clausula ex certa scientia exprimeretur cum maiorem uim habeat quam clausula non obstan. ut inquit Deci. in consi. 341. nu. 10. in 2. uel saltem eiusdem est
39 efficatiæ Felin. in c. non nulli. nu. 51. describ. idem de clausula de plenitudine potestatis esse censemus Alex. in citato consi. 215. uersi. sexto sunt hæ clausulæ paris potentiæ, immo plenitudo potestatis omnes alias clau-
40 sulas in se continet & illas superat Cur. Sen. in consi. 66. nu. 14. Soci. Iu. in consi. 69. nu. 64. in 1. unde nisi princeps exprimat se tollere ius tertio quesitum per
41 clausulam ex certa scientia quod est ius nature, quod clausula non obst. illi non uidetur derrogasse ut profitetur Alex. in consi. 23. colu. 3. uersi. nec ad hoc in 5. nam dicta clausula effectum non operatur in his quæ sunt principi incognita compost. approbat Deci. in cõ
42 si. 292. nu. 5. in 2. & in consi. 689. nu. 16. in 4. ubi quamplura citat firmando illam opinionem, quod per clausulam non obst. & ex certa scientia non præiudi-

catur iuri quęsito immemor Deci quod illud dictum cō post.in consi.191.nu.8.in 1.improbauit,quod secta-tus est Domi.in c.si postquam col.fi.de preben. in 6. uidetur recensere Cur.Iu.in consi.142.nu.3.& Goz. in consi.14.nu.19.

In tāta uarietate,Opi.compost.ueram esse existimo,quod ad tollendum ius quęsitum alteri clausula non obstan. uel alię citate non sufficiunt,nisi princeps id exprimat & specialis expressio requiritur Cur.sen.in consi.66. nu.126.quia si generaliter exprimeretur de inualido uel paruo dominio iudicandum est, aliter non apparen te de principis mente,ut inquit Alex.in consi. 11. nu. 4.in 6.Ias.in l.quoties nu.4.C.de preci.Imperator of fer.Goz.in d.consi.14.nu.19.20.de quo satis consta re uidetur si de illo iure aliquomodo expressio a prin-

45 cipe facta comperiatur,tunc per d.clausulam illi der-rogatum censetur,ut fatetur Alexan.in consi. 1.in 5.

46 Quam opi.ueram dicimus etiam si concurerent alię citate clausulę ex certa scientia, de plenitudine pote-statis motu proprio si nō constat principem esse infor matum ut exprimit ibi Alex.& clare declarat Deci. in d.consi.191.nu.5.in 1.ex qua declaratione opi.cō cordari poterunt ut 1.uera sit,quando aliquo modo cō

47 peritur expressio iuris quęsiti, secunda uero quando generaliter dispositio concepta fuit, Verum clausula de plenitudine potestatis etiam quod generaliter pro-ferratur,ita concipi potest quod per illam ius quęsitū tolleretur, Cur.Sen.in consi.13.nu.38.in add.alias re gulariter non preiudicant citatę clausulę tertio, quia

48 non obtinent firmitatem quo ad incognita sed in his quæ presumitur principem non ignorare, ut si sunt iuris & non facti pro ut sunt contractus Ias. in consi. 233.col.pe. uersi non obst. ergo in 2. Soci. in consi. 164 col.3.uersi.sed ad istas in 2.in con.120.nu.10. in 3.Deci.in consi.407.nu.23.410. nu. 21. in consi. 544.nu.10.in 3.Ias.in consi.119.col fi.in 4.Deci. in consi.142.nu.7.in 1.Cur.Iu.in consi.170. col.fi. nu.31.Aret.in con. 15.Reuerẽdissime.col.4.uers.uenio ad 2.Cor.in consi.189.nu. 6.in 4. Quæ opi. uera

49 est nisi cõstet principẽ informatũ fore ut inquit Are. in consi.citato col.7.Alex.in consi. 15. colu. 2.uersi: præterea in 5.Felin. in d.c.nonnulli nu.49.aliter 1. Opi procedit ut inquit ipse in consi.52. nu. 11. & in consi.215.in 4.in 7.Opportetque apparere eum bene informatum,Soci.Iu.in consi.77.nu. 105. in 1.ut si is factum narrat cuius tenet in literis insertus comperiatur scientiam habuisse optimeque informatum esse arbitraremur, Alc.in citato consi.11.nume.2.in 7. Cur.Sen.in citato consi.66.nu.87.uel si aliter cogitasse

50 se principem de citato iure appareret Goz. in consi. 5.nu.26.

51 Ista uera esse affirmamus etiam si ageretur de paruo pre Giuditio ut sup.diximus.nu.22.44.& firmat Ias. in consi.213.nu.6.col.5 in 2.in consi.119.colu.fi.in 4.Cur.Iu.in consi.142.nu.9.Deci.in consi.407.nu. 19.in consi.410.nu.23.in 3.& in d.consi. 689. nu. 10.in 4.Guid.pap.in consi.195.col.3.uersi. & in dubio.

52 Rursus citatæ clausulæ effectum non operantur nisi cō stet principem causa cognita ægisse ut inquit Cur. Iu. in d.consi. 142.nu.8.& in consi. 170. col.fi. nu.32. Soci.in consi. 164.colu.5.uersi.ex quibus in 2.Deci. in citatis consilijs,fortius qui utuntur d. clausulis pœna.l.meminerint.C.und.ui. plectuntur ut fatetur Gui. pa.in citato consi.si auferunt ius tertio quesitum.


53 Postremo illa opi.quam supra firmauimus q. 15. nu. 12. quod princeps ad prætium obligatur auferendo ius tertio quesitum,

Limi.3.Limitatur,non procedere si per uiam.l.generalis ius illud tolleret,& sic per indirectum,quia recompensatio non datur ut affirmat Bar.in l. Antiochensium. ff.de priui.Cred.& in consi.172. dubia accurentia in prin.ita loquitur. Ang.in consi.139.col.2. uersi.non obst.§.constat. Alex.in consi.189.col.1.uersi.3. quia licet & col.4.uersi.ad 3.argum.in 2.Ias. in consi.1. col.8.uersi.nono nu.5.in 1.& in consi.233.colu.7. uersi.undecimo in secundo.in consi.46.num.4.in quarto Socin. in consi. 266. colum. antepen. uersicul. & si dicatur in secundo ter.in cons.120.nume.undecimo in 3.Ami.in consi.12.nu.15.Deci. post alios in d. c. quæ in ecclesiarum nu. 26. & in consi. 357.nu.6.in 2.in consi.520.nu.10.in 3.Rom.in consi 310. in casu propositis nu.4;Goz.in consi.5.nu.20.Crau.in cōsi.95.nu.7.& in consi.135.nu.30.31. Et comuniter ista opinio recipitur,alias si particulariter ageret prohibetur nisi soluto pretio uel recompensatione data.

Et hæc in sibi subdito uera essent, quia non subiectus ali-
54 qua lege non ligatur cum ad eum Iurisdictio non por
rigatur Castr. in consi. 229. nu. 2. in 2.

Et ex his completa sit hæc lunga, & intricata. q. cum sua
man.



14 Princeps dicitur fans iustitiæ, enum calamum unum linguam & quod scripsi scripsi polus in cœlo dicitur lapis angularis.

17. Quæst. 15. Duces, Co. March. & Barones in statu suo omnia agunt quæ cæsar in toto orbe & sunt loco principis & nu. 17.

16 Qui sint & de eorum dignitate & offi. nu. 16.

18 Citati principes utuntur clausulis quibus utitur suprē mus.

19 Et omnem plenitudinis potestatem habere uolunt & disceptare de eorum potestate esset mundum reuangare.

20 Intelligamus de illis qui Iure imperij possident alias non.

21 Rationem aßignatam per Ias. cur inferiorem immunitatem concedere non ualeant quia superiorem rē cognoscunt improbamus.

22 Principes inferiores immunitatem concedentes ex causa oti mestri. l. agunt.

23 Ciuitas franca uicem principis obtinet.

24 Pedagia imponit. d. ciuitas quæ sunt de resseruatis principi & nu. 25.

26 immunitatem concedit ciuitas libera.

27 Venetia locum principis obtinet.

28 Nulli principi obedit uenetia & libertatem ab impē rio romano ex priuilegio obtinuit & præcario nō mine ciuitatem.

29 Veneti prohibere poßunt ne quispiam per gulfum suū nauiget.

30 Priuilegium uenetorum signatum in bulla aurea se uidisset Rosac. attestatur.
31 Ianua iura imperij nanciscitur & est ciuitas libera
32 Luca ciuitas franca est & locuus principis obtinet
33 Pisæ olim erat libera nunc subiecta
34 Florentia Iam libertate gaudebat licet sit serua
36 Dux naturaliter agit omnia in ducatu suo, quæ Cæsar in toto orbe & in eum iura imperij sunt translata,
37 Dux naturaliter maiorē potestatem nanscistur quā cæsar quia statum ad suos transfert, quid nequit Cesar imperium
38 Dux naturaliter in suo ducato imperator esse cēsetur
39 Opi. Alb. Rosa. Castr. & Ias. hanc ducem ius questitū alteri potestatem non habere falsam esse putamus,
40 Opi. Soci. Iu. Ducem urbini clausulis, de plenitudine potestatis, & non obst. uti non ualere non esse tutā affirmamus nu. 40.
41. q. 19. Reges aū Imperatores ellecti fuerunt & in regnis suis locum Cæsaris obtinet legitime & non de facto & nu. 42. 43.
43 Expulsione Regum à Ro. populo is sibi dei iram uendicauit
44 Rex Franciæ non habet superiorem & in regno agit sicuti Cæsar
45 Rex maiorem potestatem in regno habet quam Cæsar ratio assignatur.
46. quest. 20. Norma immunitatis concedendæ, uideturomnia onera includat tradditur à patribus nostris & nume. 47.

DE IMMV. CVM CLAVSVLA NON OBST.



1 X *supra firmatis ad terminos nostros infertur Concessionem immunitatis de iure effectum sortiri cum clausula non obst.l.uacuatis. C. de docuri.lib.x.secundum* Bar. Bald. *Ang.& Doct.ibi* Alex. *in consi. 30.col.3.uersi.tamen in contrarium in 5. in consi.1. col.2.uersi.non obst.quod* D.Dux.*eo uol.Bal.in l.nec damnosa col.1.uersi.iuxta istam partem.c.de præ.im. off.Ias.in consi.83.col.2.uersi.non obst.in 3. nec sufficeret uti ea generaliter non obst.aliqua.l.in contrariũ faciente pro ut alibi sufficere affirmat* Bar. *in extrauagan.ad repri.in uersi.non obst.col.1.Quæ opi. communiter recipitur,ut inquit Ias.in consi.75. colu.1.in*
2 *1.Et Bal.in l.nec dãnosa.C.de præci.* Imp. *off. Quia procedit in gratia à principe donata in comuni forma at in casu isto dicitur concessio , & gratia exuberans, in qua expressio specifica requiritur,ut declarat.Cur. Seni.in d.consi.66.nu.128.citãdo Bal. in c. naturales in 3.col.si de feu.fuer.nono,ibique.alciat,Et Mod.communiter approbant ut si princeps ad feuda spurium legitimaret non sufficit expressio illius clausulæ generalis,nisi dicat non obst.c.naturales quia illa gratia non dicitur communis,sed exuberans.*
3 *Et si obiciatur non uideri per d.clausulam ius quesitũ alteri sublatum,secundum opi.* Compost. *& ueram,*

quia illius expreßio facta non cōperitur, maxime cum sit quæsitum comunitati, ex quasi contractu, quod princeps sine causa iusta & legititima auferre nequit ut supra diximus.

Quia respondeo & nunc obiecta citata supra q x. nu.41. & q.13.nu.39.remoueamus multipliciter, Et primo clausulam illam solam non obst.l.uacuatis ad uallidandam immunitatem sufficere attestantur Doct.etiam in præiuditium comunitatis si quod ius ei quæsitum est de quo dubito ut infra dicetur, quia per indirectum aufert illud ius quod uenit accessorie, non tollendo. l. uacuatis sublatum remanet ius ex ea quesitum comunita

4 ti, quod ad illam uenit consecutiue, quod princeps sine causa ad sui libitum auferre potest ut supra diximus. q.15.nu.30.31.citando Bald.in l. fi. C.sen.rescin.non poss.col.fi.uersi.pone, illud enim dominium non consideratur sed d.l.uacuatis uti principalis est consideranda quæ prohibet immunitates concedi, cum in præiuditium aliorum tendāt, ideo remouendo princeps d.l.dicitur remotum damnum, quod ad illa uenit consecutiue:

Secundo respondeo, obiecta procedere in dominio quesito perfecte & non conditionali, ut in casu nostro esse, nā queritur comunitati per tradditione collectæ, si ea indicatur, & si non indicetur nullum ius competit quia quęst.nil ponit in esse-lucedere diem.ff. de uerbo signi omnino incerta non debet attendi ut inquit Ias. butri. in l.imm.ff.de rer.diuis.ab Alex.approbatus in cons. 99.col.3.in fi.uersi.secundo respondeo in 5. unde ho

ius sine causa tollitur, quia querendum uenit, & non est profecte quesitum cum sit incertum ut supra dixi in q.15.nu.8.nam de die in diem queritur ius secundum quod collecta indicitur, & habet causam successiuam in omnibus, quia si nunquam collecta indiceretur quod facile contingere potest ut diximus supra nullum ius comunitati quesitum dicitur, ista solutio etiam probatur ex decisione Castr.in consi.229.uisis, & ponderatis col.fi.in 1.ubi in priuilegio immunitatis à collectis
6 considerat id effectum non consumare nisi de die in diē quia habet causam concessiuam in omnibus, unde ius aliquod quesitum non habet immunis sed querendum Ius tollitur faciliter.

7 Tertio respondetur negando aliquod ius esse quesitum comunitati nisi hipothecæ, quod habet comunitas in bonis æstimatis cum de iure comuni sint obligata l. imperatores.ff.de publi & dictum fuit supra quod perfecti non dicitur quesitum, ideo tolitur per dictam clausulā nec reperio. l. aliquem hoc dicentem nisi quod ipsam ius hipothecæ habet in bonis allibratis, & si pur aliquod ius habet non est purum nec perfecte quesitum. Quarto obrogando.d.l.uacuatis princeps tolli dominium per indirectum nec causæ uel iuris tertij expressio requiritur, sicut in condendo.l.generalem per indirectum resultat dominij extinctio absq; eo quod causa, & de illius iure exprimatur ut dictum est supra limi.3.nu.53.

8 Quapropter princeps sine causa.id pro suæ libito uoluntatis auferre potest absque eo quod id exprimat eo

maxime quia cum immunitatis concessio fauorabilis iudicetur quia reducit rem ad primum statum primiti uamque naturam, quo prædia sunt libera, habet prin- ceps in citata cōcessione latas habenas ut inquit Guid. Pap. in consi. 65. uiso temate colu. 5. ex quibus omnia obiecta euacuata uidentur quia ad primum de quasi cō tractu apparet responsum, Quod ad sit aliarum præiu ditium non consideratur quia per illam clausulam (si quod ius etiam eis esset quesitum) dicitur sublatum, quod pietatem onera indicta respiciat, nō infertur pri cipe non habere potestatem circa immunitatis conces sionem prout diximus.

Non inficior principem in his concessionibus mature & consultius deliberare, nam ex rectitudine rationabili agere debet Guid. Pap. consi. 195. col. fi. Soci. in consi. 164. colu. pen. uersi. 2. ex par. in 2. & si cum clausula
10 *de plenitudine potestatis agat quod sibi de iure non li cet, dicitur illa plenitudine tempestatis non potestatis, ut inquit ille, idq; sibi licere existimat quod leges per*
11 *mitunt à qua norma si uel minimus defflexerit iam nō principis, sed tirani nomen meretur iustitia enim ple- nus esse debet. l. ij. §. merito §. si quis à principe. ff. ne- quid in loco pub. Bal. in consi. 395. pro domino Di- naldo nu. 2. in 2. Et quod est Iustum prestari debet ut*
12 *inquit Paul. c. ult. ad collo. Oldr. in cons. 284 illa. Qui ergo regioni præest iustitiā, & æquitatem seruat, iux ta illud diligite iustitiam qui iudicatis terram, tria in*
13 *eo requiruntur potentia, sapientia, & uultus diuinis in duobus ultimis magis confidat, quia deum habet ul-*

forem & ea mensura metietur, qua ipse alios, & cetus l. rem non nouam. C. de Iud. Bal. in con. 311. permittendum est in 1. in ipso uoluntas constans, fons iustitiæ de-
14 bet adesse, eique conuenit quod scripsi scripsi, semel deus loquutus est, unum calamum, unamque linguam habeat & quæ de labijs meis procedunt non faciam irrita immobilis sit si ut lapis angularis & polus in cœlo hæc à Bal. cumulantur in consi. 327. prædia enim consului nu. 4. in 1.

Qui autem exempti portionem soluant supra dictum est. q. 2. nu. 70.

Q. 17. Quod de supremo principe diximus idem de infe-
15 rioribus iura imperij poßidentibus censendum est ea enim omnia in suo statu poßunt, quæ Imperator in toto orbe, & uocantur duces Comites Marchiones & barones, Videamus cur isti his nominibus appellentur,
16 hoc enim pro dignitate diuerse accipimus nam Marchiones ab aliquibus, limitanei Duces interpretentur stratores, regumque consiliarij, apud nos & hoc loco propriæ iurisdictionis sibi nomen uendicarint, Comites, qui eunti Imperatori, Cæsarique aßistunt, inde comitatus, qui locus dicitur ubi uitam agit princeps, & pallatini omnes, Alciat. in Tit. C. de Excus. artifi. lib. x. Duces apud Cicer. in uerr. Ced nunc inopes relicti à duce prefecto claßis & ceto idem prim. tusuda Dux in cælum. Alciat. in l. neque in fi. ff. de uerbo signi. Duces qui alijs præcedunt nuncupantur Barones fortes uiros appellasse uidetur Cic. ad Atti. lib. 5. de epicureis differendo, licet Irronicæ eos fortes appellet,

cum

17 cum molles & effeminatos inuere uellit, Quapropter Castr.in consi.34.nu.2.4.incipit super primo dubio in 2.asserit hoc loco principis haberi cum sint perpe=
18 tui, firmat Alex.in l.hostes.ff.de capti.Cur.Iu.in consi.100.nu.3.& omnibus clausulis uti possunt, quibus supremus utitur ut latissime cōgerit quāplura Crau. in con.135.nu.2.& in comite uirtutum qui post.Dux. Medionali electus fuit, traddit Ang.in consi.217. col.1.& Alex in consi.30.col.3.in 5.& in duce ferrariæ in consi.1.col.8.uer.preterea.eo.uol. uolunt.n.
19 habere omnē plenitudinis potestatem ideo de eorū potestate disceptare esset reuangare mundum ut inquit Cor.in inferiori temporali, in consi.194.nu.7.in 4: authore Bal.in consi.per ipsum citato de potestate istorum tractat latissime crau.de anti.temporis in 4.par. sect.6.nu.5 6
20 Alias si Iura Imperij non haberent, nec forent perpertui. uti d.clausulis non possent, ut inquit Alexan.in consi.101.col.4.uersi.sed solus in 1.& in cons.123. in fi.in 2.Soci.in consi.69.nu. 63. in 1. ubi clausula non uti. acti nequeunt nec immunitatem alicui concedere, ita intelligas omnes qui asserunt inferiorem immunitatem non concedere in temporali non habere iura Imperij ut inquit Alex.in l.nemo potest. colum.1. ff.de leg.1.Crau.in consi.132.nu.21. rationem red=
21 dit Ias.in consi.119.colum.ij.uersi.quinto facit in 4. Quia recognoscunt superiorem, At hæc ratio non satisfacit quia etiam id recognoscerent superiorem, prout quasi omnes Cæsarem recognoscunt si tamen sunt

2.uersi.sed debetis scire. ff. de iure fis.Rom. in consl.
456 in proposito casu.nu.1.cum alijs citatis per De=
ci.in consl.528.nu.1.& in consl.534.nu.2.in 3.Im
24 ponit enim pedagia,& uectigalia Bal.in l.fi.C.de ue
ctig.& commiss.Castr.in consl.34. super primo dubio.
col.2.nu.2.in 2.Alex.in consl.1.colu. 8. uersi.si uero
in 5.Deci.in consl.citato.534.quod ius competit illis
25 ciuitatibus quæ uicē principis obtinent, cum sit de res
seruatis ipsis,ut inquit in consl.403.nume. 7.in 3.&
26 quod immunitatem concedere ualeat à collectis firmat
Bar.in l.1.C.de decret Decur.lib.x.Bal.in con. 406.
lata fuit in fi.in 5.Abb.in consl.61.nu.5.6. incipere
uidetur primo in 2.
27 Exempta citantur a Doctoribus in republica ueneta
quæ superiorem nō habet,& locum principis obtinet
ut affirmat Castr.in consl.317.uiso & examinato co
lu.5.uersl.3.& ulti.nu.2.in 1.& in consl.187. colu.
4.nu.5.uer.quintū uero in 2.Bal.in Rub.ff. de rer. di
uis.col.2.uersl.sed ut dixi asserit hoc de consuetudine
procedere,Quapropter Bart. in d. l.hostes.ff.de cap.
28 fatetur quod nulli obedit principi & libertatem ab Im
perio Romano ex priuilegio obtinuit illamque præci=
rio nomine tenet,quæ ab eo reuocari ualeret, nisi ob=
staret præscriptio,Rursus cum ciuitas sit in mari fun=
data nacti sunt ueneti libertatem & de iure prohibent
alios ne per gulfum suum nauigent late traddit Ang.
29 in consl.290.tema tale est.& Ias.in l.ex hoc iure.ff.
de iust.& iu.nume.26.27.omnia enim in dominio suo
exercent,quæ in toto orbe Cæsar agit,Ias.in consl.70.

30 nu.2.uers.præmissis in 3. Quapropter siue ex priui legio concesso quod asserit Alber. rosac. in l. Cunctos populos. C. de sum. fid. & Catho. col. 4. se uidisse in bul la aurea sigilatum siue præscriptione tanti temporis cuius initij memoria in contrarium non existit, nil. ref fert, soci. Iu. in cons. 73. nu. 5. in 1.

31 Idem attestantur in ianua, quæ principis iura nancisci tur ut inquit Deci. in cons. 534. citato nu. 2. in 3. & li cet Castr. in cons. 423. quia scio colu. 6. nu. 9. in 1. & Deci. sibi conttarius in cons. 361. nu. 7. in 2. asserunt regi francorum subici, in quem eius libertatem tran= stulit, respondetur quod tempore Castr. & Deci. quan do id consilium. 361. in lucem edidit subdita erat At à quampluribus annis citra & nunc libera & franca ui uit, locumq; principis possidet

32 Et de Luca affirmat Soci. in con. 275. colum. 1. in 2. in cons. 83. nu. 1. in 4. Deci. in cons. 403. nu. 2. & in cō sl. 528. in 3. ubi his duabus, ne accidat, quod Pisis Flo= ren. & Sen. ob peccata aut conditiones temporum con tingit, quæ sub iugo seruitutis comperiuntur cū prius

33 in ea dulci libertate quiescerent, Et de Pisis inquit So

34 ci. in cons. 79. nu. 24. in 4. De Florētia in cons. 275. col. 6. uers. postremo in 2. in cons. 81. colu. 2. in 1. De Scenis loquitur Bal. in cons. 407. super facto in 5. Soci. in consl. 74. col. 3. in 1. in consl. 63 nu. 4. in 4. Deci. in consl. 580. nume. 2. in 3. in consl. 600. nu. 2. eo uol. Cunque earum excessus delicta aliorum supra erint de

35 teriora patientur, caueant à discordijs, odijs intesti= nis, ex quibus ciuilia bella oriuntur diligantque Iusti=

tiam, ne à diuitibus pauperes oprimantur

36 *In duce naturali uidetur hæsitatio, & licet supra firmauimus omnia agere in suo dominio, quæ Cæsar in toto orbe exercet citando Alex.in consi.30.col.3. in 5. cum omnis potestas Imperialis in eum translata repe riatur ut inquit ipse in consi.2.col.4.uersi.quinimo in 1.nec superiorem recognoscat, nullique sit subditus & iura Imperij in dominio Exercet præscriptus tanti tẽperis cuius initij memoria ut firmat in consi.11.nu.9. in 7.estque loco principis ut inquit Castr.in cons.34. super prim.col.2.in 2.Deci.in consi.191.col.1.in 1. fortius Ana.in consi.81.nu.3.fatetur hunc ducem ma*

37 *iorem potestatem nancisci in suo ducatu quæ Cæsar in Imperio quia illum ad suos heredes transmitit, Cesar uero prohibetur, Cur.Sen.in consi.49.nu.43.in consi.66.colu.4.uersi. premissis nu.129.plura de huius potestate differit, & in consi.74.nu.88.89. Cur.Iu. in consi.61.nu.9.in consi.100.nu.2.in consi.157.*

38 *nu.32.supremus Imperator in suo territorio esse censetur, Cur.Sen.in d.consi.49.col.12.nu.43.44.ideo immunitatem concedit cum clausula non obst.ut habetur per Doct.in locis citatis*

Alber. tamen rosac.à Castr. approbatus in l. quoties. C. de præ.Imp.off.& Ias.in consi.119.col.2.uersi. quinto facit in 4.asserunt hunc Ducem non posse ius quæsi

39 *tum alteri aufere cum causa, cum hoc ad Cæsarem per tineat, qui superiorem non habet at iste dux, alijque & March.Com.& Barones qui superiorem recognoscũt cum clausula non obst.concedere immunitatem probi-*

bentur, Quam opinionem uidetur approbasse Deci. sibi contrarius in consi. 410. nu. 23. in 3. asserens hunc ducem superiorem recognoscere, nam ex supra citatis liquido apparet in quantum lapsi sint errore cum per tot proceres contrarium conclusum sit per rationes citatas, Item cum sint isti duces & alij nominati perpetui. Iuraque supremi principis possideant ut supra diximus. q. 17. nu. 15. cum sequem. non uideo cur ius quesitum tertio cum causa auferre non ualeant & dicetur recognoscit superiorem glo. caret illa potestate Respondeo quia uti uassalus habet Cæsarem superiorem habet tamen filius iura, quæ exercet uti supremus in eius dominio sicut Cæsar in toto orbe Iccirco inferro etiam Soci. Iu in consi. 69. nu. 63. in 1. non recte sensisse affirmantem ducem urbini clausula. de plenitudine po-

40 testatis uti nō posse minus clausula. non obstā. Quia cū sit Dux perpetuus Iuraque supremi principis sibi uendicarit omnia in eius ducatum exercet, quæ potest in imperio Cæsar, & pro ut sibi libuerit facere maxime ex præscriptone lōgissimi temporis cuius initij memoria non extat in contrarium.

41 Quæst. 19. Hæsitari contingit de Regibus, Quia Abb. in c. peruenit nu. 13. de immu. ecclе. asserit, quod imperij iura se usurpauerunt, eaque prescripserunt, & ut inquit Oldr. in consi. 231. ut eius de quo queritur uersi. nisi forte. col. 1. Castr. in citato consi. 34. nu. 4. in 2. Alex. in consi. 1. col. 8. uersi. præterea in 5. de facto locum tenent in regnis suis Imperatoris at uerum nō uidetur quod hoc sit de facto ut firmatur ex ad uer-

so, Quia prius hi fuerunt quam Cæsares ut scriptum comperitur lib. regum de Saule, Dauid, & Salomone, & alijs unitis iussu dei super populum Israel. c. 1. §. in ueteri. de sacr. unct. Rursus apud Romanos prius reges fuerunt constituti, ut de Romulo, & Remo ac alijs ex post. expulsis, ut declarat. l. ij. ff. de orig. iu. ex qua
43 expulsione po. Ro. iram dei sibi uendicauit 7. q. 1. c. denique traddit Oldr. sibi contrarius in consi. 68. consueuit dubitari, qui conantur ex pluribus citatis ostendere quod reges prius inuenti fuerunt, quam imperatores, nihilque sibi usurparunt, quia legitime monarchiam, & supremam potestatem sibi uendicarint, & maiorrem habent potestatem quam. l. communis, uel cõsuetudo Cur. Sen. in citato consi. 49. nu. 43. & de re-
44 ge franciæ quod non habeat superiorem, & dominium questitum cum causa alicui auferre ualeant, & sit in regno suo imperator disserit Deci. in consi. 269. nu. 6. & in consi. 270. nu. 4. & in consi. 300. in 2.
45 Quinimo maiorem potestatem in regno suo nanciscuntur quia id transmitunt ad filios quã imperator in imperio quod non transmittit Cur. Iu. in consi. 1. nu. 30. quapropter sicut collectas indicere ualent c. 1. qui sint reg. Alex. in l. 1. in fi. C. de superind. lib. x. ita ab illis immunitatem concedere possunt, ut decidit Cassa. in cõsi. 64. nu. 24. in rege franciæ

Quæst. 20 Hactenus de potestate immunitatem cõceden. absoluimus, uideamus per que concipiat uerba, ut om-
46 nia onera comprehendat Bar. in l. 2. col. 1. uersi. quæro qualiter. ff. de iu. im. traddit formam ut ab omnibus

muneribus realibus impersonalibus ordinarijs, & extraordinarijs concipiatur, alioquin si simpliciter conce datur à muneribus patrimonialia non includuntur nec onera ordinaria, ac honores, extraordinaria duntaxat inclusa uidentur, Ami. in consi. 118. nu. 8. qui citat. l. 1. C. de uacc. mun. publi. lib. x. propterea concipiatur

47 *cum expreßione munerum & onerum, alias concesßio non est tuta ab oneribus. Bart. in l. uacuatis in 2. noct. C. de decur. lib. x. Ibique Ang. & in l 1. C. de ind. li. eo tradditur ab Alex. in consi. 30. col. 4. uersi. circa sextum in 5. qui firmat hanc expreßionem uerborum fiẽdam siue specialiter, siue generaliter, dũmodo late cõcipiatur, ut si per uerba quibus uis oneribus includantur ex quibus maiora expreßis compræhensa sunt, & la-*

48 *tius is prosequitur, huius ratio reddi potest quia licet immunitas sit fauorabilis strictis tamen iuris esse censetur. l. 1. ff. de iur. im. in fi. l. 1. C. de iur. im. nemi conced. lib. x. Alex. in consi. 2. col. 6. uersi. similiter in 1.*

49 *& ut inquit Deci. in consi. 468. nu. 31. in 3. est contra ius comune, ideo non includit nisi in specie nominatos, nec interpretatio lata est fien. ut extendatur ad cõductores fructuum exemptorum Ami. in consi. 18. & propterea si maiores in immunitate casus exprimuntur, minores includuntur, finge principem ab onere sa-*

50 *lis & taxe equorum à quibus nullus eximitur, etiam priuilegiatus, ut inquit Signo. in consi. 82. in questionibus. Rub. Alex. consi. 9. nu. 6. parisi. in consi. 52. in 1. quempiam eximisse, hic à collectis immunis censetur, quia si quod maius conceditur & quod minus est con-*

cessum uidetur. Cur. Iu. in consi.106.nu. 6. & colu.fi.
